



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

Liber VI. Christus Iesus de morte resurgendo triumphat, caelos ascendit, & Spiritum sanctum mittit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



LIBER SEXTVS.

CHRISTVS IESVS DE MORTE RESVRGIT, TRIVMPHANS CAELOS ASCENDIT ET SPIRITVM S. MITTIT.

CAPVT PRIMVM.

RESVRRECTIONIS CHRISTI FESTIUITAS quomodo ex scriptis Moysis eliciatur.

Nota hoc loco quod ipse saluator à Moyse inceperit probare suam & passionem & resurrectionem. Quæ loca cum non traderint Euangelistæ, conabimur ea hîc tradere, quæ hanc solemnitatem reddunt celebrem, à Moysis scriptis incipiendo.

FIGVRAE. I. Adamo euigilanti datur vxor ex eius latere & costis ædificata. Genes. 2. 21. 22. 23. 24. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumq; obdormisset, tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et adificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem

Ec 5

vs
Cæterum
plagis & lo
confeceram
s liber no
rium

LIBER

herem: & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Ad
 dā: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea
 hac vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est.
 Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem,
 & adhaerebit uxori suae: & erunt duo in carne una.
 Conuenit cum Christo, qui non costam; sed se
 ipsum tradidit pro Ecclesia, ut eam gloriosam,
 fuso ex sacro latere sanguine redderet. Ephes.
 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. Quoniam vir ca-
 pit est mulieris: sicut Christus est caput Ecclesie; ipse
 saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est
 Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri
 diligite uxores vestras, sicut & Christum dilexit Ec-
 clesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctifica-
 ret, mundans lauacro aquae; in verbo vitae, ut exhibe-
 ret ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem ma-
 culam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed ut sit
 sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere ux-
 ores suas ut corpora sua. Qui uxorem suam diligit,
 seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam
 odio habuit; sed nutrit, & fouet eam sicut & Christus
 Ecclesiam; quia membra sumus corporis eius, & de os-
 sibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & ma-
 trem suam, & adhaerebit uxori suae: & erunt duo in
 carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem
 rem dico, in Christo, & in Ecclesia.

2. Noë ex vino vineæ quam ipse plantauit,
 ebrius, iacuit in tabernaculo suo nudatus, riu-
 sus à Cham, & euigilans illi maledixit. Gen. 9. 20.
 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. Cæpit Noë vir agricola exeri

ere terram, & plantavit vineam. Bibensq; vinum
 inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. Quod
 cum vidisset Chanaan, verenda scilicet
 patris sui esse nudata, nūciant duobus fratribus suis
 foras. At vero Sem & Iaphet pallium imposuerunt
 humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt ve-
 renda patris sui: faciesq; eorum aversa erāt, & patris
 virilia non viderunt. Euigilans autem Noë ex vino,
 cum didicisset quae fecerat ei filius suus minor, ait:
 Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus
 suis. Dixitq;: Benedictus Dominus Deus Sem, sit Cha-
 naan seruus eius. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in
 tabernaculis Sem, sitq; Chanaan seruus eius. Plan-
 tauerat vinea Christus, secundum id Esa. 5. 1. Can-
 tabo dilecto meo canticū patris mei vinea sua, &c.
 Assumpta carne, amore nostro inebriatus,
 nudus pependit in ligno, nudus iacuit in sepul-
 chro, & tumulo, surgens maledixit Iudæis, qui
 iam quasi serui & mancipia sunt Christianorum.
 3. Abraham post generationē Ismaëlis corp⁹
 habet emortuū, & Sara vuluā emortuā, inde tamē
 post benedictionē acceptā infinite gētes excitatę
 Gen. 15. 5. 6. Eduxitq; illū foras, & ait illi: Suspice cæ-
 lū & numera stellas si potes. Et dixit ei: sic erit semen
 tuum. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi
 ad iustitiam. Ibidem cap. 18. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Cumq;
 comedissent, dixerunt ad eum: ubi est Sara uxor
 tua? Ille respondit: ecce in tabernaculo est. Cui di-
 xit: Reuertens veniam ad te tempore isto, uita comi-
 te, & habebit filium Sara uxor tua. Quo audito, Sara
 risis

RECT.
 Dixitq; Au
 le carne nu
 sumpta est.
 um. & matre
 n carne una.
 tam: sed se
 gloriosam,
 et. Ephes.
 niam vir ca
 Ecclesie: ipse
 a subiecta est
 mibus. Viri
 dilexit Ec
 m sanctifica
 e, ut exhibe
 bentem ma
 ds: sed ut si
 e diligere vo
 am diligit,
 rnem suam
 t & Christus
 em. & de se
 trem. & ma
 erunt duo in
 est, ego au
 se plantate.
 nudatus, ru
 Gen. 9. 20.
 gricola exeri
 600

risit post ostium tabernaculi. Erāt autem ambo senes
 prouecta q̄q̄ etatis, & desierant Sara fieri muliebris,
 que risit occultè dicens: Postquam consenui, & Do-
 minus meus vetulus est, voluptati operam dabo?
 Dixit autem Dominus ad Abraham: quare risit Sa-
 ra. dicens: Num verè paritura sum anus? Nunquid
 Deo quicquam est difficile? iuxta condictum veni-
 tar ad te hoc eodem tempore, vitā comite, & habi-
 bit Sara filium. Isai. 51. 1. 2. Audite me qui sequi-
 mini quod iustum est, & queritis Dominum: attin-
 te ad petram unde excisi estis, & ad cauernam laci,
 de qua praeclisi estis. Attendite ad Abraham pa-
 trem vestrum, & ad Saram, qua peperit vos: quia
 unum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicauit
 eum. Rom. 4. 17. 18. 19. 20. 21. (Sicut scriptum
 est: quia patrem multarum gentium posuit) ante
 Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos, & voca-
 cat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt: qui con-
 tra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum
 gentium secundum quod dictum est ei: Sic erit semen
 tuum. Et non infirmatus est fide, nec considerauit
 corpus suum emortuum, cum iam ferè centum esset
 annorum: & emortuam vuluam Sara. In repromis-
 sione etiam Dei non hesitauit diffidentia, sed confors
 ratus est fide, dans gloriam Deo, plenissime scientis,
 quia quacumq̄ promissit, potens est & facere. Sic post
 resurrectionem & mortem Christi dilatatur Ec-
 clesia, quae omnino sterilis & sopita putabatur.
 Isai. 54. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Lauda sterilis quae
 non parit: decanta laudem, & hinnit quae non parit.

*bas: quoniam multi filij deserte magis quàm eius, quae
 habet virum dicit Dominus. Dilata locum tento-
 ry tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne
 parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos con-
 solida. Ad dexteram exim, & ad laeuam penetra-
 bis, & semen tuum gentes hereditabit, & ciuitates
 desertas inhabitabit: Noli timere quia non
 confundèris, neq; erubesces; non enim te pudebit, quia
 confusionis adolescentia tua obliuiscèris, & opprobrii
 viduitatis tuae non recordaberis amplius. Quia do-
 minabitur tui qui fecit te Dominus exercituum no-
 men eius: & redemptor tuus Sanctus Israël, Deus om-
 nis terra vocabitur. Quia ut mulierem derelictam
 & mœrentem spiritu vocauit te Dominus, & vxo-
 rem ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus. Ad
 punctum in modico dereliqui te, & in miserationi-
 bus magnis congregabo te. In momento indignatio-
 nis abscondi faciem meam parumper à te, & in mi-
 sericordia sempiterna misertus sum tui: dixit reo-
 demptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noë i-
 stud mihi est, cui iuravi ne inducerem aquas
 Noë ultra supra terram: sic iuravi ut non irascar
 tibi & non increpem te. Galat. 4. 27. 28. 29.
 Scriptum est enim: latere sterilis, quae non parit: er-
 rumpe, & clama, quae non parturit: quia multi filij
 deserte, magis quàm eius, quae habet virum. Nos
 autem fratres secundum Isaac promissionis filij sum-
 mus. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem
 natus fuerat persequabatur eum, qui secundum Spiri-
 tum: ita & nunc.*

4. Iacob accepta benedictione Esau (quod
 capitali odio persecutus est) fugiens in alienam
 terram; ad solis occasum ut dormiret, suppo-
 suit capiti lapidem, viditque scalam caelos con-
 tingentem, promissionem seminis à Deo accipere,
 locum terribilem, & domum Dei nominat, et
 erigit lapidem in titulum, & altare. Genes. 27.
 & 28. capitibus. Christus Dominus fugiens
 Iudaeos, in baculo crucis egreditur de terra
 hac, vesperi sepelitur in lapide, ascendunt &
 descendunt angeli custodientes sepulchrum,
 & fit sepulchrum eius gloriosum, benedictio-
 nem obtinet in quatuor plagis caeli, cui accla-
 matur ubique honor, gloria, benedictio, &c. Ap-
 pocal. 4. 7. 8. 9. 10. 11. *Et animal primum simi-
 le leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium
 animal habens faciem quasi hominis, & quartum
 animal simile aquilae volanti. Et quatuor animalia,
 singula eorum habebant alas senas: & in
 circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem
 non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus,
 Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens,
 qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et cum
 darent illa animalia gloriam, & honorem, & bene-
 dictionem sedenti super thronum, viventi in secula
 seculorum, procidebant viginti quatuor seniores ante
 te sedentem in throno, & adorabant vivente in secula
 seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum
 dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere
 gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti*

sti omnia, & propter voluntatem tuam erant & crea-
 ta sunt. Ibidem cap. 5. 10. 11. 12. 13. 14. Et fecisti
 nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabim
 mus super terram. Et vidi, & audiui vocem an-
 gelorum multorum in circuitu throni, & animalium,
 & seniorum: & erat numerus eorum millia millium,
 dicentium voce magna: Dignus est Agnus qui
 occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, &
 sapientiam, & fortitudinem, & honorem, &
 gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam,
 quae in caelo est, & super terram, & sub terra, & quae
 sunt in mari, & quae in eo: Omnes audiui dicentes:
 sedenti in throno, & Agno: benedictio, & honor,
 & gloria, & potestas in secula seculorum. Et quae-
 tuor animalia dicebant: Amen. Et viginti-
 quatuor seniores ceciderunt in facies suas: &
 adorauerunt viuentem in secula seculorum. Cap.
 7. 10. 11. 12. Et clamabant voce magna di-
 centes; Salus Deo nostro, qui sedet super thronum,
 & Agno. Et omnes angeli stabant in circuitu
 throni, & seniorum, & quatuor animalium: &
 ceciderunt in conspectu throni in facies suas, &
 adorauerunt DEVM, dicentes: Benedictio,
 & claritas, & sapientia, & gratiarum actio,
 honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in se-
 cula seculorum, Amen. Hebr. 6. 13. 14.
 15. Abraha namq; promittens Deus, quoniam
 neminem habuit, per quem iuraret, maiorem,
 iurauit per semetipsum, dicens: Nisi benedex-
 eris benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.
 Et sic

Et sic longanimiter ferens, adeptus est reprobationem. Terribilis est locus sepulchri, quando cum illum terræ motus factus, & exterriti custodes, qui etiam verè domus Dei fuit, qui locus etiam non tantum in altare, sed & in templum erectus fuit, demum cum duabus vxoribus Synagoga & Ecclesia reuertitur.

5. Iudæ benedictio iam impletur. Genes. 49. 8. 9. 10. *Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam filij ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* Hunc enim laudarunt fratres sui Apostoli, manus eius experti sunt inimici eius, Mors, Infernus, Diabolus. Adorauerunt eum tres Mariæ, & Apostoli, filij & filia Patris sui. Matth. 28. 9. *Et ecce Iesus occurrit illis dicens: Aueti. Illa autem accesserunt, & tennerunt pedes eius, & adorauerunt eum, Vers. 17. Et videntes eum, adorauerunt, quidam autem dubitauerunt.* Antea vix vermis, Psalm. 21. 7. *Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Iam catulus leonis ascendit ad prædam, & Christus exaltatus à terra omnia trahit ad seipsum. Ioan. 12. 32. *Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum.* Ibidem cap. 3. 14. *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium*

Filium hominis : Accumbet in sepulchro, rapiet infernum spoliando, rugiet damnatos affligendo, clamabit catulos suos mortuos ad vitam reuocando. Quæ potentia suscitabit eum nisi diuina? Qui fit lux, & expectatio gentium, vt supra lib. 3. cap. 10. diximus.

6. Iosephus post varias miserias educitur de carcere, & ad regis imperium tonsus, mutata veste, offertur regi. Cõstituitur dominus Aegypti post Pharaonem, & vocatur Saluator mundi, pascit fratres suos, & totã Aegyptũ, & cognationem, adoratur à fratribus. Genes. 41. 14. 15. *Protinus ad regis imperium educlum de carcere Ioseph toronderunt : ac veste mutata, obtulerunt ei. Cui ille ait : Vidi somnia, nec est qui edisserat : quæ audiri te sapientissime conytere.* Vers. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. *Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius: Locutusq; est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph : quia ostendis tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorum, & consimilem tui inuenire poterò? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: Vno tantum regni solio te precedam.* Dixitq; rursus Pharao ad Ioseph: ecce constitui te super vniversam terram Aegypti. Tuliq; annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: Vestiuitq; eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante pracone, vt omnes coram eo genuerent.

Ff
nu fle

nu flecterent, & prapositum esse scirent uniuersa
 ra *Aegypti*. Dixit quoq; rex ad Ioseph: *Es-*
sum Pharaon, absq; tuo imperio nō mouebit quisq;
manum aut pedem in omni terra Aegypti. Ven-
itq; nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaq;
Saluatorem mundi. Deditq; illi uxorem Asue-
filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos. Eius-
est itaq; Ioseph ad terram Aegypti triginta ann-
annorum erat, quando stetit in conspectu regis Pha-
raonis) & circuiuit omnes regiones Aegypti. Ven-
nitq; fertilitas septem annorum, & in manipulos
ducta segetes cōgregatae sunt in horrea Aegypti. Ven-
 53. 54. 55. 56. 57. Igitur transactis septē uerbis an-
 nis, qui fuerant in *Aegypto*: Coeperant uenire se-
 ptem anni inopia: quos praedixerat Ioseph; & in u-
 niuerso orbe fames prauauit, in cuncta autem terra
Aegypti panis erat. Qua esuriente, clamauit po-
 pulus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille
 respondit: ut ad Ioseph, & quicquid ipse uobis dixe-
 rit, facite. Crescebat autem quidiē fames in om-
 ni terra: aperuitq; Ioseph uniuersa horrea, & uende-
 bat *Aegyptiis*: nam & illos oppresserat fames. Om-
 nesq; prouincia ueniebant in *Aegyptum*, ut eme-
 rent escas, & malum inopia temperarent. Omnia
 clara in hoc Christi triumpho, & maxime de mu-
 rabili fame uerbi Dei & panis caelestis, quibus
 totum mundum postmodum pauit, incipiens a
 Ierosolymis, ut patet 2. 3. & 4. capite Actuum
 Apostolorum.

7. Moyse edicto Pharaonis ut ceteri

eidi iussus, à matre in fiscellam positus, & in aquas coniectus, à filia Pharaonis educatus & nutritus, ibidem à Deo honoratus, Deus Pharaonis constituitur, & filios Israël educit ex Aegypto. Exod. 1. 22. *Præcepit ergo Pharaon omni populo suo, dicens: quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proycue, quicquid feminini reseruate.* Ibidem cap. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Egressus est post hæc vir de domo Leui: & accepit uxorem stirpis sue, quæ concepit, & peperit filium, & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.* Cumq; iam calare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq; in ius infantulum, & exposuit eum in caretto ripe fluminis, stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. *Ecce autem descendebat filia Pharaonis ut lauaretur in flumine: & puella eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam e famulabus suis; & allatam aperiens, cernensq; in ea parvulum vagientem, misertæ eius, ait: De infantibus Hebreorum est hic. Cui soror pueri: Vis, inquit, ut vadam, & vocentur tibi mulierem Habream, quæ nutrire possit infantulum? Respondit: vade. Perrexit puella & vocavit matrem suam. Ad quam locuta filia Pharaonis: accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi; ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriti puerum, adultumq; tradidit filia Pharaonis, &c. Moyse in fiscellam scirpeam, Christus in præsepe positus, Cap. 7. 1. 2. *Dixitq; Dominus ad Moysen:**

Len : Ecce constitui te Deum Pharaonis : & *Aaron*
 frater tuus erit propheta tuus. Tu loqueris cimi-
 nia que mando tibi : & ille loquetur ad Pharaonem
 ut dimittat filios *Israël* de terra sua. Cap. 11. 40. 41.
 42. Habitatio autem filiorum *Israël* qua manserunt
 in *Egypto*, fuit quadringentorum triginta annorum.
 Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exerci-
 tus Domini de terra *Egypti*. Nox ista est obser-
 uabilis Domini, quando eduxit eos de terra *Egy-
 pti* : hanc observare debent omnes filij *Israël* in ge-
 nerationibus suis. Vers. 51. Et eadem die edu-
 xit Dominus filios *Israël* de terra *Egypti* per ier-
 mas suas.

8. Virga Aaronis prius sicca & mortua posi-
 ta coram Domino in tabernaculo testimonij, se-
 quenti die inuenitur germinasse. Num. 17. 6. 7.
 8. 9. Locutusque est *Moses* ad filios *Israël* : & de-
 derunt ei omnes principes virgas per singulas tribus.
 fueruntque virga duodecim absque virga Aaron. Qua
 cum posuisset *Moses* coram Domino in tabernacu-
 lo testimonij : sequenti die regressus inuenit germi-
 nasse virgam Aaron in domo *Leni* : & virgibus
 gemmis eruperant flores, qui, folijs dilatatis, in a-
 mygdalas deformati sunt. Protulit ergo *Moses*
 omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios
Israël : videruntque, & receperunt singuli virgas
 suas. Corpus Christi in cruce exhaustum &
 mortuum, in glorioso sepulchro conditur,
 multæ gemmæ, & resurrectionis testimonia
 ta prius, tandem eius caro refloruit. Psalm.

7. Dominus adiutor meus, & protector meus: in ipso speravit cor meum, & adiutus sum. Et resloruis caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Cant. 7. 12. Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punicæ: ibi dabo tibi vbera mea.

CAPVT II.

Resurrectionis Christi gloria quomodo historie veteris testamenti respondeat.

I. Samson ultionem sumens de inimicis, percutit eos ingenti plaga, & descendens habitat in spelunca, de petra etiam egressus soluit vincula vt lina ad odorem ignis, percutit mille viros in maxilla asini, leonem quasi hœdum in frustra discerpit. Circumdatus in ciuitate Gaza, dormientibus custodibus ambas portæ fores cum postibus suis, & seris humeris impositis portat ad verticem montis, moriens commouendo totam domum cum columnis, plures occidit quàm viuens. Iud. 14. 6. Irruit autem Spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi hœdum in frustra discerpens, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Ibidem cap. 15. 7. 8. Quibus ait Samson: licet hæc feceris, tamen adhuc ex vobis expetam ultionem, & tunc quiescam. Percussit q̄, eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitauit in spelunca petra. Etam. Vers. 11. 12. 13. 14. 15. Descenderunt ergo tria millia viro-

Ff 3 rum

rum de Iuda, ad specum silicis Etam, dixerunt ad
 Samson: Nescis quod Philistum imperent tuis?
 quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait: Quia
 fecerunt mihi, sic feceris. Ligare, inquit, et
 venimus, & tradere in manus Philistinorum.
 Quibus Samson, intrate, ait: & sponde mihi
 quod non occidatis me. Dixerunt: non occi-
 demus, sed vinctum trademus. Ligauerunt
 eum duobus novis funibus, & tulerunt eum de petra
 Etam. Qui cum venisset ad locum Maxilla, &
 Philistum vociferantes occurrissent ei, virum Spi-
 ritus Domini in eum: & sicut solent ad odorem
 ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat,
 dissipata sunt & soluta. Inuentamque maxillam,
 id est mandibulam asini, qua iacebat, arripens,
 interfecit in ea mille viros. Et ait: in maxilla
 asini, in mandibula pulli asinarum deleni eos, & peri-
 cussi mille viros. Cumque hac verba canens comple-
 set proiecit mandibulam de manu, & vocavit no-
 men illius Ramathlechi, quod interpretatur elevata
 maxilla. Cap. 16. 1. 2. 3. Abijt quoque in Gazam,
 & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusque est ad
 eam. Quod cum vidissent Philistum, & percru-
 buisset apud eos intrasse urbem Samson, circumde-
 derunt eum, positus in porta civitatis custodi-
 bus, & ibi tota nocte cum silentio prestolantes,
 facto mane exeuntem occiderent. Dormiit au-
 tem Samson usque ad medium noctis: & mox
 consurgens apprehendit ambas portas cum
 sibi suis, & fera, impositasque humeris suis

iavit ad verticem montis, qui respicit Hebron.
 Vers. 21. Quem cum apprehendissent Philistum,
 statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam
 vinctum catenis, & clausum in carcere molere fece-
 runt. Vers. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Latantesq;
 per conuiuia, sumptis iam epulis, praeceperunt ut
 vocaretur Samson, & ante eos luderet. Qui ad-
 ductus de carcere ludebat ante eos, feceruntq;
 eum stare inter duas columnas. Qui dixit pue-
 ro regenti gressus suos: Dimitte me, ut tangam
 columnas, quibus omnis imminet domus, & reclin-
 ner super eas, & paululum requiescam. Domus
 autem plena erat virorum ac mulierum, & erant
 ibi omnes principes Philistinorum, ac de tecto ae-
 solario circiter tria millia utriusq; sexus spectantes
 ludentem Samson. At ille inuocato Domino, ait:
 Domine Deus, memento mei, & redde mihi nunc for-
 titudinem pristinam Deus meus, ut ulciscar me de
 hostibus meis, & pro amissione duorum luminum
 unam ultionem recipiam. Et apprehendens ambas
 columnas, quibus innitebatur domus, alteramq;
 dextera, & alteram lena tenens, ait: Moriatur ani-
 ma mea cum Philistum, concussisq; fortiter columnis,
 cecidit domus super omnes principes, & ceteram multi-
 tudinem, qua ibi erat: multoq; plures interfecit mo-
 riens quam ante viuis occiderat. Christus Dominus
 duobus nouis funibus, sindone, & sudario ligatus
 in sepulchro, custodes profligat per angelum, iam
 constitutus Rex super Sion montem sanctum eius,
 qui alino antea infidens, & in cruce rex Iudaeorum

proclamatus fuit, & leonem Diabolum discerpfit portis infernalibus destructis: Cuius testimonia ponit in montes Apostolicos, & dum gloriantur de eius iniurijs, & ludibrio, concussis terræ motu columnis, moriens occidit mortem, diabolum, infernum, data sibi omni potestate, Matth. 28. 18. *Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra.*

2. David occiso leone, & vrso, & Philistæo in funda & lapide, ingreditur in Ierusalem, exceptus à choris mulierum de vniuersis vrribus Israël. Idem impij Saulis custodia in domo sua obsessus, non tamen per comune ostium euadit ad regnum sibi promissum. Idem cum in interiori parte spelunçæ latebat, præcidit oram chlamydis Saulis. Eodem Saule dormiente, auferit illi hastam, & scyphum. 1. Reg. 17. 34. 35. *Dixitq; David ad Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequabar eum, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq; eos.* Vers. 50. 51. *Præualuitq; David aduersum Philistæum in funda & lapide, percussimq; Philistæum interfecit. &c.* Ibidem cap. 18. 5. 6. 7. 8. *Egredebatur quoq; David ad omnia quacumq; misisset eum Saul, & prudenter se agebat: posuitq; eum Saul super viros belli, & acceptus erat in oculis vniuersi populi.*

puli, maximeq³ in conspectu famulorum Saul. Porro cum reuertetur percusso Philistæo David, egressæ sunt mulieres de vniuersis urbibus Israël, cantantes, chorosq² ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in sistris. Et præcinebant mulieres ludentes, atq³ dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia. Iratus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste; dixitq³: Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt, quid ei superest, nisi solum regnum? Cap. 19. 11. 12. Misit ergo Saul satellites suos in domum David, ut custodirent eum, & interficeretur manè. Quod cum annunciaffet David Michol uxor sua, dicens: Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris; deposuit eum per fenestram, porro ille abiit & aufugit, atq³ saluatus est. Cap. 24. 4. 5. Et venit ad caulas ouium, qua se offerebant vianti, eratq³ ibi spelunca, quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem. Porro David & viri eius in interiore parte spelunca latebant. Et dixerunt serui David ad eum: Ecce dies, de quo locutus est Dominus ad te; ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, & præscidit oram chlamydis Saul silenter. Cap. 26. 12. 13. 14. 15. Tulit igitur David hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & euigilaret; sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos. Cumq² transisset David ex aduerso, & stetisset in vertice montis de longè, & esset grande interuallum inter eos.

Ff s. clamantis

clamavit David ad populum, & ad Abner filium
 Ner, dicens: Nonne respondebis Abner? Et re-
 spondens Abner ait: Quis es tu, qui clamas, &
 inquietas regem? Et ait David ad Abner: nam
 quid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israël?
 Quare ergo non custodisti Dominum tuum regem?
 Ingressus est enim vnus de turba vt interficeret re-
 gem Dominum tuum. Christus vt leonem &
 vrsu infernalem, sic dæmonē vt David Goliath
 ducit: surgit è sepulchro, & quasi ingredien-
 ti Ierusalem occurrunt Mariæ, & apprehensis pe-
 dibus adorant resurgentem: oclusus sepulchro
 exit more non solito, purgat & limbum patrum,
 qui ora quedam erat chlamydis infernalis, & dia-
 bolo nō minus quàm Christum triumphare co-
 gitante, eius domum inuasit, hastam, & omnia
 vasa, & arma in quibus cōfidebat, diripuit, mor-
 tem armigerum diaboli, increpans. Osee. 13. 14.
 De manu mortis libero eos, de morte redimam eos.
 Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne: con-
 sultatio abscondita est ab oculis meis.

3. Elias cū interfecisset omnes prophetas
 Baal gladio, fugiens delituit in petra, quam egre-
 di iubetur, & in viam suā redire vt vngat reges &
 prophetas. 3. Reg. 18. 40. Dixitq; Elias ad eos: ap-
 prehendite prophetas Baal, & ne vnus quidē effugiat
 ex eis. Quos cū apprehendissent, duxit eos Elias ad
 torrentem Cison, & interfecit eos ibi. Ibid. cap. 19. 1.
 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Nunciauit autem Achab Iez-
 abel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset
 vniuersos prophetas gladio. Misitq; Iezabel nuncium

ad Eliam, dicens: Hec mihi faciant dii, & haec addat
 nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam
 unius ex illis. Timuit ergo Elias, & surgens abiit quo-
 cumq; eum ferebat voluntas, venitq; in Bersabee lu-
 da, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in deser-
 tum via unius diei. Cumq; venisset, & sederet subter
 unam iuniperum, petiuit anima sua ut moreretur, &
 ait: sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neq;
 enim melior sum, quam patres mei. Proiecitq; se, &
 obdormiuit in umbra iuniperi: & ecce angelus Domi-
 ni tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Respexit.
 & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas a-
 qua: comedit ergo, & bibit, & rursum obdormiuit.
 Reuersusq; est angelus Domini secundo, & tetigit eum,
 dixitq; illi: Surge comede: gr̄adis enim tibi restat via.
 Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit
 in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & qua-
 draginta noctibus, usq; ad montem Dei Horeb. Cumq;
 venisset illuc, mansit in spelunca, & ecce sermo Domi-
 ni ad eum, dixitq; illi. Quid hic agis Elia? At ille re-
 spondit: zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum,
 quia dereliquerunt pactum suum filij Israël: altaria tua
 destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, dere-
 lictus sum ego solus, & querunt animam meam, ut au-
 ferant eam. Ver. 15. 16. Et ait Dominus ad eum: vade, &
 reuertere in via tua per desertum in Damascum: cumq;
 perueneris illuc, unges Hazael regem super Syriam, & Ie-
 hu filium Namsi unges regem super Israël. Eliseum autem
 filium Saphat, qui est de Abelmeula, unges prophetam
 pro te. Christus ubiq; à Iezabel, Synagoga scilicet
 person

persecutionem passus, Patri commendans spiritum, optat mori, proiciens se iubens sub iuniperum crucis, ubi moriens dormiuit; sicut & propter zelum DEI se moriens abdidit sepulchro, ex quo reuocatur ad pristinam viam, de qua Ioan. 16. 28. *Exiit a Patre, & venit in mundum: iterum reliquit mundum, & iuit ad Patrem;* quod verò euocatur ab Angelo, est desiderium ingens Angelorum, vt eorum impleat ruinas. Psalm. 109. 6. *Indicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum. Reges & Prophetas caelestes constituens: secundum id psalmi 44. 17. Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui Domine.*

4. Eliseus post sanatas aquas pessimas ascēdens in Bethel, irrisus à pueris, maledixit illis; ita vt deuorentur ab vrsis. 4. Reg. 2. 19. 20. 21. 22. 23. 24. *Dixerunt quoq; viri ciuitatis ad Eliseum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse Domine perspicias, sed aquae pessimae sunt, & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & misite in illud sal. Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Haec dixit Dominus: Sanauit aquas has, & non erit vltra in eis mors, neq; sterilitas. Sanatae sunt ergo aquae vsq; ad diem hanc, iuxta verbum Elisei, quod locus eius est. Ascendit autem inde in Bethel; cumq; ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes: Ascende calne, ascende*

de calce. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egressique sunt duo viri de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. Christus misso sale sapientiae in vitam nostram miseram, & pessimam, sanavit eam; tandem ascensurus ad Patrem, prius irridetur, & omnis maledictio à tempore Abel venit super Iudaeos. Matth. 23. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehenna? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occideris, & crucifigeris, & ex eis flagellabis in Synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem: ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae, filij Barachia, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam, Ierusalem Ierusalem, qui occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

6. Mardocheus haecenus sacco & squalore obsitus, per plateas lugens internecionem super Aman intentatam; decoratur à Rege, regijs vestibus indutus. honorem eius proclamante inimico, qui tandem in crucem actus gente Iudaeorum redempta & diem festum agente. Esth. 4. 1. 2. 3. Quae cum audisset Mardocheus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti:

& in

Et in platea media ciuitatis voce magna clamabat,
 ostendens amaritudinem animi sui, Et hoc euulsum
 usque ad fores palatii gradiens: Non enim erat licitum
 indutum sacco anslam regis intrare. In omnibus
 quoque provinciis, oppidis, ac locis, ad qua crudelis regis
 dogma peruenerat, plangens ingens erat apud ludaeos,
 ieiunium, ululatus, Et fletus, sacco Et cinere multis
 prostrato utentibus. Ibid. cap. 6. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
 Responderunt pueri: Aman stat in atrio. Dixitque
 rex: ingrediatur. Cumque esset ingressus, ait illi:
 Quid debet fieri viro, quem rex honorare desiderat?
 Cogitans autem in corde suo Aman, Et reputans quod nullam alium rex, nisi
 se vellet honorare, respondit: Homo quem rex honorare
 cupit, debet indui vestibus regis, Et imponi super equum,
 qui de sella regis est, Et accipere regium diadema
 super caput suum, Et primus de regibus principibus
 ac tyrannis, teneat equum eius, Et per plateam
 ciuitatis incedens, clamet, Et dicat: Sic honorabitur,
 quemcumque voluerit rex honorare. Dixitque ei rex:
 Festina, Et sumpta stola Et equo, sicut
 ut locutus es, Mardocheo Iudaeo, qui sedet ante fores
 palatii. Cane ne quidquam de his, que locutus es
 pretermittas. Tulit itaque Aman stolam Et equum,
 indutumque Mardocheum in platea ciuitatis, Et impositum
 equo, precedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus
 est quemcumque rex voluerit honorare. Reuersusque
 est Mardocheus ad ianuam palatii, Et Aman festinauit
 ire in domum suam lugens, Et operuit se capite. Cap. 7. 9. 10. Dixitque Harbona, unus de
 eunuchis,

Eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardocheo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. (Cui dixit rex: Appendite eum in eo. Suspensus est itaq; Aman in patibulo quod parauerat Mardocheo, & regis ira quiescit. Cap. 8. 15. 16. 17. Mardocheus autem de palatio. & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regis, hyacinthinis videlicet & aërijs, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atq; purpureo. Omnisq; ciuitas exultauit, atq; letata est. Iudais autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & crispudium. Apud omnes populos, vrbes, & prouincias, quocunq; regis iussa ueniebant, mira exultatio, epula, atq; conuiuia, & festus dies: in tantum ut plures alterius gentis & sectæ eorum religioni & ceremonijs iungerentur. Grandis enim cunctos Iudæici nominis terror inuaserat. Christus Dominus, Diabolo uti Aman in crucem acto, gloria & honore à Patre coronatus (quod & Angelorum candidæ & splendidæ vestes testantur) lumen nouum intulit orbi, vnde & apud omnes Christianos mira exultatio & epulæ sacramentales, in fractione Eucharistici panis. Actor. 2. 42. 46. & gaudium tale quod nec flagellis, nec tormentis ab illis auferri potuit. Ioan. 16. 22. Actor. 5. 41. Quibus omnibus multitudo credentium accessit. Actor. 2. 41. 47. † 4. 4. 32. † 5. 14. † 6. 1. 7. † 8. 12. &c. 6. Iob vir simplex & rectus ac timens Deū, & rece.

& recedens à malo, filijs conuiuantibus, ne precarent diluculo offert sacrificia cunctis diebus, ad cuius exteriora bona diabolus Deo permittente extendit manum; incipiens ab alinis venit ad filios, & filias. Is Deum benedicens, nudum se ingressum mundum fatetur, & nudum exiturum. Tandem ab exterioribus ad corpus Christi peruenit, carnem & pellem eius tangit, ab vxore & amicis irridetur, & tamen prædicte suam resurrectionem. Arguit Deus amicos eius & mittit eos ad Iob, vt petant pro se orari. Post quod sacrificium veniunt diuersi fratres & sorores, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem, dederuntq; singuli illi ouem, & inaurem auream vnã, & benedixit Deus nouissimis Iob magis quàm principio. Iob.

1. 1. *Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo.* Vers. 4. 5. *Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos, vnusquisq; in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas vt comederent & biberent cum eis. Cumq; in orbem transissent diuiciniij mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos, confitegensq; diluculo offerebat holocausta pro singulis, &c.* Vers. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. *Dixitq; Dominus ad eum: Nunquid confitebisti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo? Cui respondens Satan, ait: Nunquid Iob frustra timet Deum? nonne tu vallaisti eum,*

domum eius, vniuersamq; substantiam per circui-
tum, operibus manuum eius benedixisti, & possessio
eius creuit in terra? Sed extende paululum manum
tuam, & tange cuncta qua possidet, nisi in faciem be-
nedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce
vniuersa qua habet, in manu tua sunt: tantum in
eum ne extendas manum tuam. Egressusq; est Sa-
tan à facie Domini. Cum autem quadam die filij &
filia eius comederent, & biberent vinum in domo fra-
tris sui primogeniti, nuncius venit ad Iob qui diceret:
Boves arabant, & asina pascebantur iuxta eos, & ir-
ruerunt Sabai, tuleruntq; omnia, & pueros percusse-
runt gladio, & euasi ego solus ut nunciarem tibi.
Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit:
ignis Dei cecidit de celo, & tactas oves puerosq; con-
sumpsit, & effugi ego solus ut nunciarem tibi. Sed &
illo adhuc loquente, venit alius, & dixit: Chaldaei
fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt
eos, nec non & pueros percusserunt gladio, & ego
fugi solus ut nunciarem tibi. Adhuc loquebatur
ille, & ecce alius intravit, & dixit: filij tuis & filias
bus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris
sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à
regione deserti, & concussit quatuor angulos domus,
que corruens oppressit liberos tuos & mortui sunt, &
effugi ego solus, ut nunciarem tibi. Tunc surrexit
Iob, & scidit vestimenta sua, & tonsa capite corruens
in terram, adorauit, & dixit: Nudus egressus sum
de utero matris meae, & nudus reuertar illuc: Domi-
nus dedit: Dominus abstulit, sicut Domino placuit,

ita factum est; sit nomen Domini benedictum: In
omnibus his non peccavit Iob labijs suis, neq[ue] stultus
q[ui] ad contra Deum locutus est. Ibidem cap. 2. 11.
3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Factum est autem
cum quadam die venissent filij Dei, & starent coram
Domino, venisset quoq[ue] Satan inter eos, & stetit in
conspectu eius, ut diceret Dominus ad Satan: unde
venis? Qui respondens ait: Circuivi terram, & peri-
ambulaui eam. Et dixit Dominus ad Satan: Nemo
quid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei si-
milis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum,
& recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam?
Tu autem commouisti me aduersus eum, ut affli-
gerem eum frustra. Cui respondens Satan, ait: pel-
lem propelle, & cuncta qua habet homo, dabit pro a-
nima sua: alioquin mitte manum tuam, & tanges
eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem bene-
dicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: ecce in
manu tua est, veruntamen anima illius serua. Egressus
igitur Satan a facie Domini, percussit Iob dextra
pessimo a planta pedis vsq[ue] ad verticem eius, quasi
saniem radebat sedens in sterquilinis. Dixit autem
illi uxor sua, adhuc tu permanes in simplicitate tua?
Benedic Deo, & morere. Qui ait ad illam: quasi vana
de stultis mulieribus locuta es, si bona suscepimus de
manu Dei, mala quare non suscipiamus? In omnibus
his non peccavit Iob labijs suis. Igitur audierunt
tres amici Iob omne malum, quod acciderat ei, & ce-
runt singuli de loco suo. Eliphaz Themanites, & Bal-
dad Subites, & Sophar Naamathites. Conditi

rant enim, ut pariter venientes visitarent eum, &
 consolarentur. Cumq; eleuassent procul oculos suos,
 non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt,
 scissiq; vestibis sparserunt puluerē super caput suum
 in cœlum. Et sederūt cum eo in terra septem diebus,
 & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum:
 videbant enim dolorem esse vehementem. Cap.
 19. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Quare per-
 sequimini me sicut Deus, & carnibus meis satu-
 ramini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermo-
 nes mei? quis mihi det ut exarentur in libro sty-
 lo ferreo, & plumbe lamina, & celte sculpan-
 tur in silice? Scio enim quod redemptor meus
 viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum:
 Et rursus circumdabor pelle mea, & in caro-
 ne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum
 ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non a-
 lius: reposita est hac spes mea in sinu meo. Quare
 ergo nunc dicitis: persequamur eum, & ra-
 dicem verbi inueniamus contra eum? Fugite er-
 go a facie gladij, quoniam ultor iniquitatum gla-
 dius est: & scitote esse iudicium. Cap. 42. 7. 8. 9. 10.
 11. 12. 13. 14. 15. Postquam autem locutus est Domi-
 nus verba hæc ad lob, dixit ad Eliphaz Themanitem:
 Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos,
 quoniam non estis locuti coram me rectum sicut ser-
 uus meus lob. Sumite ergo vobis septem tauros, &
 septē arietes. & ite ad seruum meū lob, & afferte holo-
 caustū pro vobis: lob autē seruus me⁹ orabit pro vobis:
 faciē eius suscipiā ut non vobis imputetur stultitia:

neq³ enim ad me locuti estis recta. sicut seruus meus
 Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Bal-
 dad Subites, & Sophar Naamathites, & fecerunt
 sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Do-
 minus faciem Iob. Dominus quoq³ conuersus est ad
 poenitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Et
 addidit Dominus omnia quaecunq³ fuerat Iob, dupli-
 cia, venerunt autē ad eū omnes fratres sui, & uniuersae
 sorores suae, & cuncti qui nouerant eum prius, & con-
 mederunt cum eo panem in domo eius: & mouerunt
 super eum caput, & consolati sunt eum super omni
 malo, quod intulerat Dominus super eum: & dederunt
 ei unusquisq³ ouem unam, & in aurem auream
 unam. Dominus autem benedixit nouissimis Iob
 magis quam principio eius. Et facta sunt ei qua-
 tuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, &
 mille iuga bouum, & mille asinae. Et fuerunt ei septem
 filij, & tres filiae. Et vocauit nomen unius Diem, &
 nomen secundae Cassiam, & nomen tertiae Cornustibij.
 Non sunt autem inuenta mulieres speciosae sicut filiae
 Iob in uniuersa terra: deditq³ eis pater suus heredi-
 ditatem inter fratres earum. Christus iustus &
 innocens, teste Iuda, vxore Pilati, & Pilato ipso,
 & centurione, D. Petro & Stephano. Matth. 27.
 4. Peccati, tradens sanguinem iustum. At illi dis-
 xerunt: quid ad nos? tu uideris. Vers. 19. Sed et
 te autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius
 dicens: Nihil tibi, & iusto illi; multa enim passa
 sum hodie per visum propter eam. Vers. 24. Vi-
 dens autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis
 tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram
 populo

populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti-
 buius: vos videritis. Luc. 23. 47. Videns autem
 centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, die-
 cens: Vere hic homo iustus erat. Actor. 3. 14. Vos
 autem sanctum & iustum negastis, & peristis virum
 homicidam donari vobis. Ibidem cap. 7. 52. Quem
 prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et
 occiderunt eos, qui prenucciabant de aduentu Iusti,
 cuius vos nunc productores, & homicida fuistis. Chri-
 stus nocte & die pro nobis orauit. Luc. 6. 12. Fac-
 tum est autem in illis diebus, exijt in montem ora-
 re, & erat pernoctans in oratione Dei. Ibid. cap.
 21. 37. Erat autem diebus docens in templo: nocti-
 bus verò exiens, morabatur in monte, qui vocatur
 Oliueti. Hebr. 5. 7. Qui in diebus carnis sue pre-
 ces, supplicationesq; ad eum, qui possit illum saluare
 facere a morte cum clamore valido, & lachrymis of-
 ferens, exauditus est pro sua reuerentia. In quem
 dæmon exercuit potestatem in exterioribus,
 tum incipiendo, cum sedit in asino in die palma-
 rum. Matth. 21. 16. Et dixerunt ei: Audis quid
 isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtiq; nunquam
 legistis: Quia ex ore infantium, & lactentium per-
 fecisti laudem? Luc. 19. 39. Et quidam Pharisæo-
 rum de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa
 discipulos tuos. Ioan. 12. 19. Pharisei ergo dixe-
 runt ad semetipsos? videtis quia nihil proficimus?
 Ecce mundus totus post eum abiit. Inde Diabo-
 lus venit ad filios, Apostolos scilicet: primò
 ad Iudam. Luc. 22. 3. Intrauit autem Satanas in

Gg 3 Iudam

Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de
 duodecim. Ioan. 13. 27. Et post buccellam, intro-
 uit in eum Satanus. Et dixit ei Iesus: Quod iuu-
 fac citius. Luc. 22. 31. 32. At autem Dominus: Si-
 mon, Simon, ecce Satanus expetuit vos ut cribra-
 ret sicut triticum; ego autem rogavi pro te, ut non
 deficiat fides tua: Et tu aliquando conuersu confir-
 ma fratres tuos. Dispersi greges Iob: dispersi ou-
 es Christi percusso pastore. Zach. 13. 7. Porro
 mea suscitare super pastorem meum, & super omnes
 coherentem mihi, dicit Dominus exercituum. Per-
 cute pastorem, & dispergentur oues: & conuertentur
 in uentum meam ad paruulos Matt. 26. 31. 32. Tunc dicit Ie-
 sus: Omnes vos scandalum patiemini in me, in
 ista nocte. Scriptum est enim: percutiam pastorem,
 & dispergentur oues gregis. Postquam autem resur-
 rexero precedam vos in Galileam. Nudus intrat
 mundum panniculis inuolutus. Luc. 2. 7. Spolia
 tus vestibus crucifigitur, & exit mundum. Luc.
 23. 27. Sequebatur autem illum multa turba populi,
 & mulierum que plangebant, & lamentabantur eum.
 Ioan. 19. 23. 24. Milites ergo cum crucifisso
 eum, acceperunt vestimenta eius, (& fecerunt qua-
 tuor partes: unicuique militi partem) & tuni-
 cam. Erat autem tunica inconsutilis, de supero
 contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem:
 Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius-
 que sit, ut scriptura impleretur, dicens: partem suam
 vestimenta mea sibi: & in vestem meam miseret
 sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Tandem
 dedit pellē & corpus totum, cum in eo à vertice

capitis ad pedis plantam nulla fuit fanitas. *Isai. 1. 6. A planta pedis usq; ad verticem non est in eo sanitas: Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Sedit in sterquilinio montis Caluarix, & ridetur ab vxore, Synagoga scilicet, & ab amicis, cum non sit ei species, neq; decor. *Isai 53. 1. 2. Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neq; decor; & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum, qui & est sculptus in silice sepulchri, post persecutiones & carnis vexationes varias.* Gladio, de quo scribit *Iob*, afflicti sunt *Iudæi*. *Matt. 26. 52. Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locum suum; omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Offert seipsum pro calumniatoribus suis. *Ioan. 17. 19. 20. Et pro eis ego sanctifico me ipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum; sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.* *Hebr. 10. 5. Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem nolui, corpus autem aptasti mihi.* Veniunt postea ad illum, & comedunt panem ad sepulchrum. *Matt. 28. 1. Luc. 24. 30. 35. † 20. 1. Ioan. 20. 1. † 21. 13. 14. Actor. 2. 42. 46.* In domo, ad mare scilicet Tyberiadis in die Ascensionis vt in subsequentibus cap. 10. 12. 14. Quisq; seipsum oue offert Christo, & in aurem auream, iungendo se

ouili eius, & Apostolicis doctrinis, vendendo omnia, & ponendo ad pedes Apostolorum. Actor. 2. 44. 45. † 4. 34. 35. 56. 37. Et gratia magna erat in illis. Neq; enim quisq; egenus erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum sui domorum erant: vendentes afferebant pretia eorum qua vendebant, & ponebant ad pedes Apostolorum. Dis videbatur autem singulis, pro ut cuiq; opus erat. Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum filius consolationis) Leuites, Cyprus genere, cum haberet agrum vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum. Vide etiam capite 5. Vers. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. vbi morte repentina puniuntur & Ananias, & Saphira, quod ea in re fraudem facientes, mentiti sunt Spiritui sancto. Benedicitur in nouissimis in omnibus. Multitudinem ouium ostendit Ecclesie latitudo & perpetuitas: filiarum vero decorem docere possumus ex psalmo 44. 10. 11. 12. *Filia regum in honore tuo. Altissime regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum, & domum patris tui: Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam inuicem ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.*

7. De Daniele. 2

8. De Iona. 3

Vide infra caput 4.

CAPVI

CAPVT III.

Quomodo ex psalmis probetur Christi Domini resurrectio.

Psalmo 3. 2. Domine quid multiplicati sunt qui
 tribulant me? multi insurgunt aduersum me.
 Vers. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Multi dicunt anima mea:
 Non est salus ipsi in Deo eius. Tu autem Domine
 susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput
 meum. Voce mea ad Dominum clamaui; & exau-
 diuit me de monte sancto suo. Ego dormiui, & sopo-
 ratus sum: & exsurrexi, quia Dominus suscepit me.
 Non timebo millia populi circumdantis me: exsurgo
 Domine, saluum me fac Deus meus. Quoniam tu
 percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: den-
 tes peccatorum contriuisisti. Qui locus etiam cita-
 tur. 1. Cor. 15. 27. Omnia subiecta sunt ei, sine du-
 bio prater eum, qui subiecit ei omnia. Hebr. 2. 7.
 Minuisti eum paulo minus ab Angelis: gloria &
 honore coronasti eum: & constituisti eum super opera
 manuum tuarum. Ibidem cap. 9. 14. 15. 16. Quan-
 to magis sanguis Christi, &c. vt fol. 185. Matth.
 28. 18. 19. 20. Et accedens Iesus locutus est eis, di-
 cens: Data est mihi omnis potestas in celo, & in ter-
 ra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos
 in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docen-
 tes eos seruare omnia quaecunq; mandaui vobis: &
 ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad con-
 summationem seculi. Marc. 16. 15. 16. Et dixit eis
 euntes in mundum vniuersum, predicare Euangelium
 omni creatura. Qui crediderit, & baptizatus fue-
 rit,

rit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemna-
 bitur. Psalm. 15. 8. 9. 10. 11. Prouidebam Dominum
 in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mi-
 hi, ne commouear. Propter hoc letatum est cor
 meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro
 mea requiescet in spe. Quoniam non derelinquet a-
 nimam meam in inferno: nec dabis Sanctum tuum
 videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ,
 adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes
 in dextera tua vsq; in finem. Sic Actor. 2. 23. 24.
 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. &c. Hunc de finitio con-
 silio, & prescientia Dei traditum, per manus ini-
 quorum affligentes interemistis: quem Deus susci-
 rauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impos-
 sibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit in
 eum: Prouidebam Dominum in conspectu meo
 semper: quoniam à dextris est mihi ne commo-
 uear: Propter hoc letatum est cor meum, & ex-
 ultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet
 in spe. Quoniam non derelinquet animam meam
 in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corru-
 ptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ: & reple-
 bis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres,
 liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David,
 quoniam defunctus est, & sepultus: & sepulchrum
 eius est apud nos vsq; in hodiernum diem. Pro-
 pheta igitur cum esset, & sciret quia in resurrectione
 irasset illi DEVS de fructu lumbi eius sedere su-
 per semen eius: prouidens locutus est de resurre-
 ctione Christi, quia neq; derelictus est in inferno,

neg, caro eius vidit corruptionem. Psalm. 17.
 8. Commota est, & contremuit terra: fundamēta
 montium conturbata sunt, & commota sunt,
 quoniam iratus est eis. Vers. 17. 18. 19. 20. 21. 22.
 23. 24. 25. Misit de summo & accepit me: & as-
 sumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis
 meis fortissimis, & ab his qui oderunt me:
 quoniam confortati sunt super me. Praeuene-
 runt me in die afflictionis mea: & factus est Do-
 minus protector meus. Et eduxit me in latitu-
 dinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. Et
 retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam,
 & secundum puritatem manuum mearum retri-
 buet mihi: Quia custodiui vias Domini, nec im-
 pie gessi a Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius
 in conspectu meo: & iniustitias eius non repuli a me.
 Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab
 iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus se-
 cundum iustitiam meam, & secundum puritatem
 manuum mearum in conspectu oculorum eius. Ver. 29.
 Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus
 meus illumina tenebras meas. Psalm. 18. 6. 7. In sole po-
 suit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus proce-
 dens de thalamo suo: exultauit ut gigas ad currendam
 viam, a summo calo egressio eius: Et occursum ei usque ad
 summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius. Psalm.
 21. 21. 22. 23. Erue a frumina Deus animam meam: & de
 manu canis unicum meam. Salua me ex ore leonis: & a
 cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen
 tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. v. 31.

Et anxi

Et anima mea illi viuet: & semen meum seruet ipsa
 Psal. 27. 1. Ad te Domine clamabo, Deus meus
 fileas à me: ne quando taceas à me, & assimilabor
 descendentibus in lacum. Vers. 7. Dominus adiu-
 tor meus, & protector meus; in ipso sperauit cor meum
 & adiutus sum. Et restoruit caro mea: & ex vo-
 luntate mea confitebor ei. Psal. 29. 2. Exaltabo te
 Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti in in-
 imicos meos super me. Vers. 3. 4. 5. 6. Domine Deus
 meus clamavi ad te, & sanasti me. Domine eduxi-
 sti ab inferno animam meam: saluasti me à descen-
 dentibus in lacum. Psallite Domino sancti eius: &
 confitemini memoria sanctitatis eius. Quoniam ira
 in indignatione eius; & vita in voluntate eius. Ad
 vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lae-
 titia. Vers. 10. 11. 12. 13. Quae utilitas in sanguine
 meo, dum descendero in corruptionem? Nunquid
 confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem
 tuam? Audiuit Dominus & misertus est mei: Do-
 minus factus est adiutor meus. Conuertisti plangitum
 meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum,
 & circumdedisti me laetitia. Ut canet tibi gloria,
 & non compungar: Domine Deus meus in eternum
 confitebor tibi, Psalm. 40. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
 Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur
 & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur ut vide-
 ret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniqui-
 tatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idem
 ipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici
 mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum
 iniquum

iniquum constituerunt aduersum me: Nunquid quis
 dormit non adiciet ut resurgat? Etenim homo pacis
 mee, in quo speravi, qui edebat panes meos, magni-
 ficauit super me supplantationem. Tu autem Domi-
 ne miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.
 In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non
 gaudebit inimicus meus super me. Me autem pro-
 pter innocentiam suscepisti: & confirmaisti me in con-
 spectu tuo in aeternum. Psalm. 56 4. 5. 6. Misit
 de celo, & liberauit me: dedit in opprobrium con-
 culcantes me. Misit Deus misericordiam suam, &
 veritatem suam, & eripuit animam meam de medio
 catulorum leonum: dormiui conturbatus. Fily ho-
 minum, dentes eorum arma & sagitta: & lingua
 eorum gladius acutus. Exaltare super calos Deus;
 & in omnem terram gloria tua. Vers. 9. 10. 11. 12.
 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara:
 exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domi-
 ne: & psalmum dicam tibi in gentibus: quoniam
 magnificata est usque ad calos misericordia tua, &
 usque ad nubes veritas tua. Exaltare super calos Deus
 & super omnem terram gloria tua. Psalm. 67. 1. 2.
 3. 4. 5. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.
 & fugiant qui oderunt eum, a facie eius; sicut desit
 fumus, deficiant. Sicut fluit cera a facie ignis, sic
 pereant peccatores a facie Dei. Et insti epulentur,
 & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lati-
 tia. Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter
 facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nos
 uenit illi, &c. Psalm. 70. 20. 21. 22. 23. 24. *Quan-*

eas ostendisti mihi tribulationes multas, & mala
 & conuersus uiuificasti me, & de abyssis terrarum
 reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam
 tuam: & conuersus consolatus es me. Nam ego
 confitebor tibi in uasis psalmi ueritatem tuam: Deus
 psallam tibi in cithara, sanctus Israël. Exultauit
 labia mea cum cantauero tibi: & anima mea, quam
 redemisti. Sed & lingua mea tota die meditabitur
 iustitiam tuam: cum confusi & reuerii fuerint qui
 querunt mala mihi. Psalm. 93. 17. Nisi quia Domi-
 nus adiunxit me: paulo minus habitasset in inferno a-
 nima mea. Vers. 19. Secundum multitudinem dolo-
 rum meorum in corde meo: consolationes tuae iustificau-
 runt animam meam. Psalm. 107. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Ex-
 urge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: ex-
 urgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domine:
 & psallam tibi in nationibus. Quia magna est super
 calos misericordia tua: & usque ad nubes ueritas tua.
 Exaltare super calos Deus, & super omnem terram,
 gloria tua; ut liberentur dilecti tui. Psalm. 117. 22.
 23. 24. 25. 26. 27. Lapidem quem reprobauerunt eo-
 dificantes: hic factus est in caput anguli. A Domino
 factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.
 Hac est dies, quam fecit Dominus: exultemus
 & letemur in ea. O Domine saluum me fac,
 Domine bene prosperare: benedictus qui uenit in
 nomine Domini. Benediximus vobis de domo Do-
 mini; DEVS Dominus, & illuxit nobis. Consti-
 tuite diem solemnem in condensis, usque ad cornu
 altaris. Psalm. 138. 2. 3. 4. 5. 6. Domine probasti
 me.

me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam,
 & resurrectionem meam. Intellexisti cogitatio-
 nes meas de longe: semitam meam, & funiculum
 meum inuestigasti. Et omnes vias meas prauidisti:
 quia non est sermo in lingua mea. Ecce Domine tu
 cognouisti omnia nouissima, & antiqua: tu formasti
 me, & posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta
 est scientia tua ex me: confortata est, & non pos-
 tero ad eam. Vers. 11. 12. Et dixi: forsitan tenebrae
 conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs
 meis: quia tenebrae non obscurabuntur à t. & nox si-
 cut dies illuminabitur: sicut tenebra eius, ita & lux ē
 eius. Vers. 17. 18. Mihi autem nimis honorificati sunt
 amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus
 eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplico-
 cabuntur; exsurrexi & adhuc sum tecum. Psal. 141.
 4. 5. 6. 7. 8. In deficiendo ex me spiritum meum, & tu
 cognouisti semitas meas. In via hac, qua ambulabam,
 absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dex-
 teram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.
 Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam
 meam. Clamaui ad te Domine, dixi: Tu es spes mea,
 portio mea in terra uiuentium. Intende ad deprec-
 ationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera
 me à persequentibus me; quia confortati sunt super
 me. Educ de custodia animam meam ad confiten-
 dum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas
 mihi. Psal. 145. 8. 9. 10. Dominus soluit compeditos:
 Dominus illuminat cacos. Dominus erigit elisos, Do-
 minus diligit iustos. Dominus custodit aduenas,
 pupillam,

pupillam,

pupillum, & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet. Regnabit Dominus in secula Deus in Sion, in generationem & generationem. Totus demum psalmus sexagesimus quintus de resurrectione inscribitur.

CAPVT IV.

Quomodo ex prophetis probetur Christi Domini resurrectio,
& eiusdem solemnitas.

ISai. 8. 1. Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: velociter spolia detrahe, cito pradare. Vers. 3. Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius. Accelera spolia detrahere, festina pradari. Ibidem cap. 14. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exaltor, quieuit tributum? contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cadentem populos in indignatione, plaga insanibili, subuenientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquieuit & siluit omnis terra, gausa est & exultauit: abietes quoque letatae sunt super te, & cedri Libani: ex quo dormisti, non ascendet qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terrae surrexerunt de solijs suis, omnes principes nationum. Vers. 29. 30. 31. 32. Ne lateris Philistaea conuersus tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui.

de radice enim colubri egredietur regulus, & semen
 eius absorbens volucrem. Et pascentur primogeni-
 ti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent:
 & interire faciam in fame radicem tuam, & reli-
 quias tuas interficiam. *Ulula porta, clama ciuitas:*
prostrata est Philistea omnis: ab Aquilone enim suo
mus veniet, & non est qui effugiet agmen eius. Et
quid respondebitur nuncys gentis? quia Dominus
fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi
eius. Cap. 15. 1. Onus Moab. Quia nocte (re-
surrectionis Christi) vastata est Ar, Moab conti-
cuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.
Verf. 4. Clamabit Hesebon, & Eleale, usq; Iasa
audita est vox eorum: super hoc expediti Moab
ululabunt, anima eius ululabit sibi. Verf. 8. Quo-
niam circuiuit clamor terminum Moab: usq; ad
Gallim ululatus eius, & usq; ad puteum Elim cla-
mor eius. Cap. 41. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Taceant ad me
insula, & Gentes mutent fortitudinem: accedant;
& tunc loquantur simul ad iudicium propinquemus.
Quis susciuit ab Oriente iustum, vocauit eum ve-
sequeretur se? dabit in conspectu eius gentes, & reges
obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stio-
pulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos,
transibit in pace, semita in pedibus eius non appare-
bit. Quis hac operatus est, & fecit, vocans genera-
iones ab exordio? Ego Dominus, primus & nouis-
simus ego sum. Viderunt insula, & timuerunt, ex-
rema terra obstupuerunt, appropinquauerunt, &
accesserunt. Vnusquisq; proximo suo auxiliabitur,
 Hb
 & fratri

& fratri suo dicit: Confortare. Verſ. 10. 11. 12.
 13. 14. 15. 16. Elegite, & non abiectite. Ne timeas,
 quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus
 confortauit te, & auxiliatus ſum tibi. & ſuſcepit te
 dextera iuſti mei. Ecce confundentur & erubeſcent
 omnes, qui pugnant aduerſum te, erunt quaſi non ſint,
 & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quare eos
 & non inuenies, viros rebelles tuos: erunt quaſi non
 ſint, & veluti conſumptio homines bellatæ aduerſum
 te. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens ma-
 num tuam, dicensq; tibi: Ne timeas, ego adiuu te.
 Noli timere vermis Iacob, qui moriui eſtis ex I-
 ſraël: ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus: & re-
 demptor tuus Sanctus Iſraël. Ego poſui te quaſi plan-
 ſtrum trituranſ nouum, habens roſtra ferrantia: tri-
 turabis montes, & comminues: & colles quaſi pulue-
 nem ponēs. Ventilabis eos, & ventus tollet. & turbo
 diſperget eos. & tu exultabis in Domino, in Sancto I-
 ſraël letaberis. Cap. 53. 8. 9. 10. 11. 12. De anguſtia,
 de iudicio ſublatus eſt, &c. vt fol. 73. Cap. 61. 1. 2. 3.
 Spiritus Domini ſuper me, eo quod vixerit Dominus
 me: ad annunciandū manſuetis miſit me, vt mederer
 contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam,
 & clauſis apertionē: vt predicarem annū placabilem
 Domino, & diem vltionis Deo noſtro: vt conſolaret
 omnes lugentes: vt ponerem lugentibus Sion, & daret
 eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palli-
 laudis pro ſpiritu mœroris: & vocabūtur in ea for-
 tiſſime, plantatio Domini ad glorificandū. Verſ. 10.
 11. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabu anima mea

ET ASCENSION. CHRISTI 483

mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis,
& indumento iustitiae circumdedit me, quasi sponsum
decoratum corona, & quasi sp̄s̄am ornatā monilibus
suis. Sicut enim terra proferit germen suum, & sicut
hortus semen suum germinat: sic Dominus Deus ger-
minabit iustitiam, & laudem corā vniuersis gentibus.
Cap. 62. 1. 2. vt fol. 76. Ier. 20. 12. 13. Et tu Domine
exercituum probator iusti, qui vides renes & cor: videā
quaso vltionem tuā ex eis, tibi enim reuelari causam
meam. Cantate Domino, laudate Dominum: quia
liberauit animam pauperis de manu malorum.
Ibid. cap. 23. 5. 6. 7. 8. Ecce dies veniunt, dicit Domi-
nus: & suscitabo Dauid germen iustū: & regnabit rex,
& sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in tere-
ra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israēl habitabis
confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum,
Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt,
dicit Dominus, & nō dicent vltiā: vinit Dominus qui
eduxit filios Israēl de terra Aegypti: Sed vinit Domi-
nus qui eduxit & adduxit semen domus Israēl de tere-
ra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram
eos illic: & habitabunt in terra sua. Cap. 31. 26. Ideo
quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus
dulcis mihi. Cap. 33. 14. 15. 16. Ecce dies veniunt, di-
xit Dominus: & suscitabo verbum bonum. &c. vt
fol. 128. Ezech. 39. 13. Sepeliet autem eum omnis
populus terra, & erit eis nominata dies, in qua glo-
rificatus sum, ait Dominus Deus. Dan. 6. 16. 17. 18.
19. 20. 21. 22. 23. 24. Tunc rex praecepit, & adduxerunt
Daniele, & miserunt eum in lacū leonū. Dixitq; rex
Hb 2 Danielis

Danieli: Deus tuus quem colis semper ipse liberabit te.
 Allatusque est lapis unus, & positus est super os lacus
 quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimo-
 rum suorum, ne quid fieret contra Danielem. Et
 abiit rex in domum suam, & dormiuit in cenaculo
 ubi non sunt allati coram eo, in super & somnia re-
 cessit ab eo. Tunc rex primo diluculo surgens,
 festinus ad lacum leonum perrexit, appropinquans
 lacui, Danielem voce lachrymabili inlamarit. &
 affatus est eum: Daniel serue Dei uiuentis, Deus
 tuus, cui tu seruis semper, putasne ualuit te liberare
 a leonibus? Et Daniel regi respondens, ait: rex in
 eternum uiue. Deus meus misit angelum suum, &
 conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi; quia
 coram eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te
 rex delictum non feci. Tunc uehementer rex gau-
 sus est super eo. & Danielem precepit educi de lacu,
 eductusque est Daniel de lacu, & nulla lesio inuenta
 est in eo, quia credidit Deo suo. Iubente autem re-
 ge, adducti sunt viri illi, qui accusauerant Dania-
 lem: & in lacum leonum missi sunt, ipsi, & filii, &
 uxores eorum; & non peruenerunt usque ad pauimentum
 lacu, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum
 comminuerunt. Ibid. 14. 24. 25. 26. 27. 28. 29.
 30. Dixitque Daniel: Dominum Deum meum ad-
 ro: quia ipse Deus uiuentis: iste autem non est
 Deus uiuentis. Tu autem rex da mihi potesta-
 tem, ut interficiam draconem absque gladio, &
 fuste. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel pu-
 cem, & adipem, & pilos, & coxit pariter; fecitque
 massas, & dedit in os draconis, & disruptus est ille.

90. Et dixit: Ecce quem colebatis. Quod cum
 audissent Babilony, indignati sunt vehementer: &
 congregati aduersus regem, dixerunt: Iudeus factus
 est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacero-
 dotes occidit. Et dixerunt cum venissent ad regem:
 Trade nobis Danielelem, alioquin interficiemus te, &
 domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum
 vehementer: & necessitate compulsus, tradidit eis
 Danielelem. Qui miserunt eum in lacum leonum, &
 erat ibi diebus sex. Vers. 39. 40. 41. Venit ergo
 rex die septimo ut lugeret Danielelem, & venit ad la-
 cum, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio
 leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicens:
 Magnus es Domine Deus Danielis, & extraxit
 eum de lacu leonum. Porro illos, qui perditionis
 eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuora-
 ti sunt in momento coram eo. Ita inimici Christi
 missi in infernum. Osee. 6. 1. 2. 3. 4. 5. 6. In tri-
 bulatione sua mane consurgenti ad me: Venite, & re-
 uertamur ad Dominum: quia ipse cepit, & sanabit
 nos: percutiet, & curabit nos. Visitabit nos post
 duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in
 conspectu eius. Sciemus, sequemurq; ut cognosca-
 mus Dominum: quasi diluculum preparatus est e-
 gressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus,
 & serotinus terra. Quid faciam tibi Ephraim?
 Quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi
 nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.
 Propter hoc dolui in Prophetis, occidi eos in verbis
 oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur. Quia
 Hb 8 misero

misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam
 Dei plus quam holocausta. Ibidem cap. 7. 13. 14.
 vt fol. 181. Amos. 9. 11. In die illa suscitabo tabernacu-
 culum Dauid. quod cecidit: & reedificabo aperiturus
 murorum eius, & ea, que corruerant, instaurabo: &
 reedificabo illud sicut in diebus antiquis. Que ver-
 ba etiam citat D. Iacobus. Actor. 15. 16. Post hoc
 reuertar. & reedificabo tabernaculum Dauid, quod
 decidit: & diruta eius reedificabo, & erigam illud. Ion.
 1. 11. 12. Et dixerunt ad eum: quid faciemus tibi? &
 cessabit mare a nobis? quia mare ibat, & intumesc-
 bat. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, &
 cessabit mare a vobis: scio enim ego quoniam propter
 me tempestas hac grandis venit super vos. Ibid. cap.
 2. 1. 2. & c. Et preparauit Dominus piscem grandem
 vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis
 tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad
 Dominum Deum suum de ventre piscis. Vers. 11. Et
 dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.
 Mich. 7. 8. 9. 10. Ne lateris inimica mea super me,
 quia cecidi: consurgam, cum sedero in tenebris. Do-
 minus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam
 peccavi ei, donec causam meam iudicet, & faciat ius-
 dicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam
 eius. Et aspiciet inimica mea, & operietur confusio,
 que dicit ad me: Vbi est Dominus Deus tuus? Con-
 culci mei videbant in eam: nunc erit in conculcia-
 nem vt lutum platearum. Habac. 2. 1. 2. 3. 4. Super
 custodiam meam stabo, & figam gradum super
 munitionem: & contemplabor, vt videam quid
 satur mihi, & quid respondeam de arguente me.

respondit mihi Dominus, & dixit: Scribe visum,
 & explana eum super tabulas: ut percurrat qui le-
 gerit eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ec-
 ce qui incredulus est, non erit recta anima eius in se-
 metipso: iustus autem in sua fide vivet. Loquitur
 de custodia sepulchri. Ibid cap. 3. 4. 5. 6. Splen-
 dor eius ut lux erit: Cornua in manibus eius: Ibi
 abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibi
 mors. Et egredietur Diabolus ante pedes eius, ste-
 rit, & mensus est terram. Aspexit, & dissoluit gen-
 tes, & contriti sunt montes seculi. Incurvati sunt colo-
 des mundi ab itineribus eternitatis eius. Vers. 9. Sus-
 scitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus
 qua locuta es. Loquitur de arcu quem Christus
 ante biduum posuit in nubibus. Vers. 18. Ego au-
 tem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo.
 Soph. 3. 8. Quapropter expecta me, dicit Dominus, in
 die resurrectionis mea in futurum, quia iudiciū meū
 ut congregem gentes, & colligam regna: & effundam
 super eos indignationem meā, omnem irā furoris mei:
 in igne enim zeli mei devorabitur omnis terra. Agg.
 2. 10. Magna erit gloria domus istius novissima plus
 quā prima, dicit Dominus exercituum: & in loco
 isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. Chri-
 stus seipsum vocat templum seu domum Dei.
 Ioan. 2. 19. 20. 21. Respondit Iesus & dixit eis: sol-
 vite templum hoc, & in tribus diebus excitabo il-
 lud. Dixerunt ergo Iudaei: Quadraginta & sex an-
 nis aedificatū est templū hoc, & tu in tribus diebus ex-
 citabis illud? Ille autē dicebat de templo corporis sui.

Et post resurrectionem suam impartitus est pacem. Luc. 24. 36. Dum autem hac loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis, ego sum nolite timere. Ioan. 20. 19. 20. 21. Cum ergo serò esset die illo, una sabbatorum, & fore essent clausa, ubi erant discipuli congregati propter merum Iudeorum: Venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gausi sunt ergo discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis, sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Veri. 26. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Zach. 3. 3. 4. 5. Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angeli. Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli a te iniquitatem tuam, & indui te mutatoris. Et dixit: Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus: & Angelus Domini stabat. Ibidem cap. 6. 12. 13. 14. 15. Ecce vir Oriens nomen eius: & subter eum orietur, & aedificabit templum Domino. Et ipse extruet templum Domino: & ipse portabit gloriam, & sedebit & dominabit super solio suo, & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos. Et corona erunt Hellem, & Tobie, & Idaia, & Hem, filio Sophonia mortale in templo Domini. Et qui precul sunt, vo

nient, & edificabunt in templo Domini : & scietis
quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit
autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini
Dei vestri.

CAPVT V.

Quomodo ex ipsa veritate noui testamenti probetur
Christi resurrectio.

Matth. 28. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Vespere autem
Sabbati, qua lucessit in prima Sabbati, uenit
Maria Magdalene, & altera Maria videre se-
pulchrum. Et ecce terramotus factus est magnus.
Angelus enim Domini descendit de calo & accedens re-
uoluit lapidē, & sedebat super eum; erat autem aspe-
ctus eius sicut fulgur; & vestimentum eius sicut nix.
Pro timore autem eius exterriti sunt custodes, & fa-
cti sunt velut mortui. Respondens autem Angelus
dixit mulieribus: Nolite timere vos, scio enim quod
Iesum, qui crucifixus est, queritis: non est hic: sur-
rexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum,
ubi positus erat Dominus. Et citò euntes dicite disci-
pulis eius quia surrexit: & ecce pracedet vos in Gao-
lileam: ibi eum videbitis: ecce pradixi vobis. Eg-
resserunt citò de monumento cum timore, & gaudio
magno currentes nunciare discipulis eius. Vers. 11.
12. 13. 14. 15. *Qua cum abissent, ecce quidam de cui-
stodibus venerunt in ciuitatem, & nuncianerunt
principibus sacerdotum omnia qua facta fuerant. Eo
congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam
copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quia
Hic s discipuli**

discipuli eius nocte venerunt & furati sunt eum, nobis
dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a praesidiis,
suadebimus ei, & seceuros vos faciemus. At illi accu-
pti a pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diligenti-
sum est verbum istud apud Iudaos, usque in hodiernum
diem. Marc. 16. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Et cum irax-
isset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Ia-
cobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes unge-
rent Iesum. Et valde mane una Sabbatorum, ve-
niant ad monumentum, orto iam sole. Et dicebant ad
invicem; quis revoluet nobis lapidem ab ostio monu-
menti? Et respicientes viderunt revolutum lapidem.
Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monu-
mentum, viderunt iuvenem sedentem in dextris, coco-
pertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis:
Nolite expauescere: Iesum queritis Nazarenum,
crucifixum: surrexit, non est hic, ecce locus ubi po-
suerunt eum: sedite, dicite discipulis eius, & Petro
quia praecedet vos in Galileam: ibi eum videbitis, sicut
dixit vobis. Et illa exeuntes, fugerunt de monu-
mento: inuaserat enim eas tremor & pavor: &
nemini quicquam dixerunt, timebat enim. Surre-
xit autem mane prima Sabbati, apparuit primae
Mariae Magdalene, de qua eiecerat septem demonia.
Luc 24. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Una autem Sabbati valde diluculo venerunt ad mo-
numentum, portantes quae parauerant, aromata,
& inuenerunt lapidem revolutum a monumento. Et
ingresse, non inuenerunt corpus Domini Iesu. Et
factum est, dum mente consternata essent de isto, ecce

duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: quid queritis viventem cum mortuis? non est hic, sed serrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilea esset, dicens: quia oportet esse filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi & die tertia resurgere. Et recordata sunt verborum eius. Et regressa a monumento, nuntiaverunt haec omnia illis undecim, & ceteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cetera, quae cum eis erant, quae dicebant ad Apostolos haec. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista: & non crediderunt illis. Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. Ioan. 20. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Vna autem Sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus praecurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumentum, & vidit linteamina posita.

ra, & sudarium, quod fuerat super caput eius, cum
 linteaminibus positum, sed separatim involu-
 tum in unum locum. Tunc ergo inuoluit & ille di-
 scipulus qui venerat primus ad monumentum; &
 vidit, & credidit: nondum enim sciebant scriptu-
 ram, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Abie-
 runt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Idem ipse
 met prædixit. Matth. 12. 40. Sicut enim fuit Io-
 nas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus;
 Sic erit Filius hominis in corde terra, tribus diebus,
 & tribus noctibus. Ibidem cap. 16. 21. Exinde
 cepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet
 eum ire Ierosolymam, & multa pati a Senioribus,
 & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, &
 tertia die resurgere. Cap. 17. 22. Et occident
 eum, & tertia die resurget. Cap. 20. 22. Respon-
 dens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Po-
 testis bibere calicem, quæ ego bibiturus sum? Dicunt
 ei: possumus. Marc. 8. 31. Et cepit docere eos quod
 nam oportet filium hominis pati multa, & reproba-
 ri a Senioribus & a summis Sacerdotibus, & Scribis,
 & post tres dies resurgere. Ibid. cap. 9. 30. Dicebat
 autem discipulos suos, & dicebat illis, quoniam Filius ho-
 minis tradetur in manus hominum, & occidetur, &
 occisus tertia die resurget. Cap. 10. 34. Et illudent ei,
 & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient
 eum: & tertia die resurget. Luc. 11. 30. Nam sicut Iona
 fuit signum Ninivitis; ita erit & Filius hominis
 generationi isti. Ibidem cap. 18. 33. Et postquam
 flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.

Ioan. 2

IOAN. 2. 19 20. Respondit Iesus. & dixit eis: Solu-
 te templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.
 Dixerunt ei Iudaei: Quadraginta & sex annis ad-
 ficatum est templum hoc, & tu in tribus diebus ex-
 citabis illud? Vers. 21. 22. Ille autem dicebat de
 templo corporis sui. Cum ergo surrexisset a mor-
 tuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat.
 & crediderunt scripturae, & sermone, quem dixit Je-
 sus. Factum & impletum etiam docent Apo-
 stoli. Act. 1. 22. Incipiens a baptismo Ioannis
 usque in diem, qua assumptus est a nobis, testem re-
 surrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Vers.
 24. Et orantes dixerunt: Tu Domine qui corda
 nostri omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus
 unum. Ibidem cap. 2. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.
 30. 31. 32. Viri Israelitae, audite verba haec: Iesum
 Nazarenum virum approbatum a Deo in vobis,
 virtutibus, & prodigijs, & signis, qua fecit Deus per
 illum in medio vestri, sicut & vos scitis: hunc de fra-
 nulo consilio, & praescientia Dei traditum, per ma-
 nus iniquorum affligentes interemistis, quem Deus
 suscitavit, soluit doloribus inferni, iuxta quod im-
 possibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit
 in eum: Providebam Dominum in conspectu meo
 semper: quoniam a dextris est mihi ne commovear:
 propter hoc latatum est cor meum, & exultavit lin-
 gua mea, in super & caro mea requiescet in spe: quonia
 non derelinques animam meam in inferno, nec dabis
 sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fe-
 cisti vias vitae: & replebis me iucunditate cum facis

tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de
 patriarcha David quonia defunctus & sepultus est, &
 sepulchrum eius est apud nos usq; in hodiernum diem.
 Propheta igitur cum esset, & sciret quia iurando
 iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere su-
 per sedem eius: providens, locutus est de resurre-
 ctione Christi, quia neq; derelictus est in inferno, ne-
 que caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum re-
 suscitavit Deus, cuius omnes nos testes sumus. Cap.
 3. 25. 26. Vos estis filij Prophetarum, & testamen-
 ti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad
 Abraham: & in semine tuo benedicentur omnes
 tribus terra. Vobis primū Deus suscitans Filium
 suum, misit eum benedicentem vobis: ut conuer-
 rat se unusquisq; a nequitia sua. Cap. 4. 1. 2. 3. Lo-
 quentibus autem illis ad populum, supervenerunt
 Sacerdotes, & magistratus templi, & Sadducæi do-
 lentes quod docerent populum, & annuntiarent in
 Iesu resurrectionem ex mortuis: & iniecerunt ut
 eos manus, & posuerunt eos in custodiam in ira-
 stinum: erat enim iam vespera. Vers. 3. Et
 virtute magna reddebant Apostoli testimonium re-
 surrectionis Iesu Christi Domini nostri; & gratia
 magna erat in omnibus illis. Cap. 10. 39. 40. 41.
 42. 43. Et nos testes sumus omnium, quæ factæ
 sunt in regione Iudeorum, & Ierusalem, quem occide-
 runt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitavit
 tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni
 populo, sed testibus præordinatis à Deo: nobis
 qui manducavimus & bibimus cum illo postquam
 resurrexit

resurrexit à mortuis. Et praecepit nobis predicare populo, & testificari quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex vivorum, & mortuorum. Huius omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum. Cap. 13. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. Cumque consummassent omnia quae de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitavit eum a mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his, qui simul ascenderant cum eo de Galilea in Ierusalem: qui usque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam, quae ad patres nostros repromissa facta est: quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris resuscitans Iesum, sicut & in psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitavit eum à mortuis, amplius iam non reuersurum in corruptionem, ita dixit. Quia dabo vobis sancta David fidelia. Ideoque & alias dixit: Non dabis Sanctum videre corruptionem. David enim in sua generatione cum administrasset, voluntati Dei dormiuit: & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. Quem vero Deus suscitavit a mortuis, non vidit corruptionem. Cap. 17. 2. 3. Secundum consuetudinem autem Paulus introiit ad eos, & per sabbata tria diserebat eis de scripturis, ad aperiens & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis.

bis. Vers. 30. 31. 32. Et tempora quidem huiusmodi ignorantia despicens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant; eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in equitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum autem audissent resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiamus te de hoc iterum. Rom. I. 4. 5. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri; per quem accepimus gratiam, & Apostolorum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Ibidem cap. 6. 8. 9. 10. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam vivemus cum Christo: scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo. Cap. 8. 10. 11. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter iustificationem. Quod si spiritus eius, qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Cap. 14. 8. 9. Siue enim vivimus, Domino vivimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo vivimus siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: ut & mortuorum, & vivorum dominus

tur. 1. Corinth. 15. 3. 4. 5. Tradidi enim vobis
 in primis quod & accepi : quoniam Christus
 mortuus est pro peccatis nostris secundum scriptu-
 ras : & quia sepultus est ; & quia resurrexit tertia
 die secundum scripturas : & quia visus est Cepha,
 & post hoc undecim. Vers. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
 19. 20. 21. 22. 23. Si autem Christus predicatur
 quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt
 in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est ?
 Si autem resurrectio mortuorum non est : neq; Chri-
 stus resurrexit. Si autem Christus non resurre-
 xit, inanis est ergo predicatio nostra, inanis est &
 fides vestra : inuenimur autem & falsi testes Dei :
 quoniam testimonium diximus aduersus Deum,
 quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit,
 si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resur-
 gant, neq; Christus resurrexit. Quod si Christus
 non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim e-
 stis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in
 Christo, perierunt. Si in hac vita tantum in Chri-
 sto sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus
 hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a
 mortuis primitia dormientium, quoniam quidem
 per hominem mors, & per hominem resurrectio mor-
 tuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur,
 ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnus-
 quisq; autem in suo ordine, primitia Christus,
 deinde ij, qui sunt Christi, qui in aduentu eius crea-
 diderunt. 2. Cor. 5. 14. 15. 16. Caritas enim Chri-
 sti urget nos : estimantes hoc, quoniam si vnus pro
 1t
 omnibus

omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro
 omnibus mortuus est Christus: ut & qui uiuunt, non
 sibi non uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resur-
 rexit. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum
 carnem. Et si cognouimus secundum carnem Chri-
 stum: sed nunc iam non nouimus. Eph. 1. 20. Quam
 operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis,
 & constituens ad dexteram suam in caelestibus. Phil.
 3. 8. 9. 10. 11. Veruntamen existimo omnia detrimen-
 tum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi
 Domini mei: propter quem omnia detrimentum
 feci, & arbitror ut stercora, ut Christum iurifi-
 ciam, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam,
 qua ex lege est, sed illam, qua ex fide est Christi Iesu:
 qua ex Deo est iustitia in fide, ad cognoscendum il-
 lum, & uirtutem resurrectionis eius, & societatem
 passionum illius: configuratus morti eius: si quomo-
 do occurrat ad resurrectionem, qua est ex mortuis.
 Col. 2. 9. 10. 11. 12. Quia in ipso inhabitat omni-
 plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo re-
 pleri, qui est caput omnis principatus, & potestatis
 in quo & circumcisi estis non circumcissione mansuetudinis
 in expoliatione corporis carnis: sed in circumcissio-
 ne Christi: consepulti ei in Baptismo, in quo & re-
 surrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit
 illum a mortuis. Ibidem cap. 3. 1. 2. 3. 4. Igitur
 consurrexistis cum Christo: qua sursum sunt quere-
 re, ubi Christus est in dextera Dei sedens: qua
 sursum sunt sapite, non qua super terram. Mortui
 enim estis, & uita uestra est abscondita cum
 Christo

Christo in Deo. Cum autem Christus aparuerit uis
 ta uestra : tunc & uos apparebitis cum ipso in glo-
 ria. 1. Theff. 4. 14. Hoc enim uobis dicimus in
 uerbo Domini, quia nos, qui uiuimus, qui residuis
 sumus in aduentum Domini, non proueniemus eos,
 qui dormierunt. 2. Timoth, 2. 7. 8. 9. 10. Intel-
 lige qua dico : dabit enim tibi Dominus in omni-
 bus intellectum. Memor esto Dominum Iesum
 Christum resurrexisse a mortuis ex semine David,
 secundum Euangelium meum in quo laboro usq; ad
 uincula quasi male operans : sed uerbum Dei non est
 alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut &
 ipsi salutem consequantur, qua est in Christo Iesu
 cum gloria caelesti. 1. Petr. 1. 3. 4. 5. Benedictus
 Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui se-
 cundum suam misericordiam magnam regenerauit
 nos in spem uiuam, per resurrectionem Christi ex
 mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & in conta-
 minatam, & immarcessibilem, conseruatam in caelis
 in uobis, qui in uirtute Dei custodimini per fidem in
 salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo.
 Ibidem cap. 3. 21. 22. Quod & uos nunc similis for-
 ma saluos facit baptisma : non carnis depositio
 sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum
 per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera
 Dei, deglutiens mortem ut uita aeterna heredes ef-
 ficeremur ; profectus in caelum subiectis sibi angelis,
 & potestatibus, & uirtutibus. Reliqua ex se-
 quentibus decem apparitioni-
 bus patebunt.

Prima apparitio Christi facta Marie Magdalene.

PROPHETIAE. Thren. 1. 16. Idcirco ego plorā
 & oculus meus deducens aquas : quia longe factus
 est à me consolator, conuertens animam meam : facti
 sunt filij mei perditij, quoniam inualui inimicus.
 Cant. 3. 2. 3. 4. Surgam, & circumbo ciuitatem : per
 vicus & plateas quæram quem diligit anima mea :
 quæsiui illum & non inueni. Inuenerunt me vigiles,
 qui custodiunt ciuitatem : Num quem diligit ani
 ma mea vidistis ? Paululum cum pertransissem eos,
 inueni quem diligit anima mea : tenui eum, nec di
 mittam donec introducā illum in domum matris
 meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Prou. 8. 17.
 Ego diligentes me diligo : & qui manē vigilānt ad
 me, inuenient me.

VERITAS Marc. 16. 9. 10. 11. Surgens autem
 tem manē prima Sabbati, apparuit primò Mariæ
 Magdalene, de qua eiecerat septem demonia. Illa
 vadens nunciauit his, qui cum eo fuerant, lugenti
 bus & stentibus. Et illi audientes, quia uiuere, &
 visus esset ab ea, non crediderunt. Ioan. 20. 11. 12.
 13. 14. 15. 16. 17. 18. Maria autem stabat ad mo
 numentum foris, plorans. Dum ergo fletet inclina
 uit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos
 Angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum
 ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Dixerunt
 ei illi : Mulier, quid ploras ? dicit eis : quia traieci
 runt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum.
 Ha

Hac cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quaris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine si in sustulisti eum, dicit mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria: conuersa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister) dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum; Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis: quia visit Dominum, & hac dixit mihi.

CAPVT VII.

Apparet tribus mulieribus.

FIGURA. I. Reg. 18. 6. 7. Mulieres Ierusalem & Iudæe occurrunt cum citharis & choris redeunti Dauidi, post occisum à se Goliath.

VERITAS. Matth. 28. 9. 10. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilaam, ibi me videbunt. 1. Cor.

15. 4. 5. Et quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas:

& quia visus est Cepha, & post hoc undecim.

* *
*

li 3

CAPVT

502 LIBER VI. DE RESURRECT.
CAPVT VIII.

Tertia apparitio facta Simoni.

VERITAS. LUC. 24. 33. 34. *Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem. & inuenerunt congregatos undecim. & eos qui cum illis erant, dicentes: quod surrexit Dominus uere. & apparuit Simoni. 1. Cor. 15. 4. 5. ut supra capite precedenti.*

CAPVT IX.

Quarta duobus discipulis euntibus in Emam.

FIGURA. Angelus Raphael dedit se socium peregrinationis Tobiae. Tob. 5. 20. 21. 22. *Dixit autem illi Angelus: Ego sanum ducam. & sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Tobias, ait: bene ambuletis, & sit Deus in conspectu vestro, & Angelus eius comiteur uobiscum. Tunc paratis omnibus, quae erant in eis portanda, fecit Tobias uale patri suo & matris. & ambulauerunt ambo simul, qui postea subindisparuit. Tob. 12. 20. 21. 22. ut fol. 273. Tempus est ergo ut reuertar ad eum, qui me misit. Vos autem benedicite DEUM, & narrate omnia mirabilia eius. Et cum haec dixisset, ab aspectu eorum ablatum est, & ultra eum videre non poterunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.*

PROPHETIA. Psalm. 68. 9. *Exiit*

seus factus sum fratribus meis, & peregrinus filius
matris mee.

VERITAS. Marc. 16. 12. Post hac autem
duobus ex his ambulans ostensus est in alia es-
figie, euntibus in villam. Luc. 24. 13. 14. 15. 16.
17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.
30. 31. 32. 33. 34. 35. Et ecce duo ex illis ibant
ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum
sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus: & ipsi
loquebantur ad invicem de his omnibus, que ac-
ciderant. Et factum est dum fabularentur, &
secum quarent: & ipse Iesus appropinquans i-
bat cum illis: oculi autem eorum tenebantur, ne
eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi
sermone, quos confertis ad invicem ambulantes, &
estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleo-
phas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusa-
lem & non cognovisti, que facta sunt in illa his die-
bus? Quibus ille dixit: Qua? Et dixerunt: de
Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in o-
pere, & sermone coram Deo, & omni populo: Et quo-
modo eum tradiderunt summi sacerdotes, & prin-
cipes nostri in damnationem mortis, & crucifi-
xerunt eum: nos autem sperabamus quia ipse esset
redempturus Israel: & nunc super hac omnia,
tertia dies est hodie quod hac facta sunt. Sed &
mulieres quadam ex nostris terruerunt nos, que
ante lucem fuerunt ad monumentum, & non in-
vento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visio-
nem Angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere.

Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum uerum non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt Prophetae? Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moysese, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant: & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt eum dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euannit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant, dicentes: quod sermone Dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrantabant quae gesta erant in uia: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

CAPVT X.

Quinta manifestatio facta in die Pasche undecim Apostolis.

FIGURAE. I. De comedente exiuit cibum & de forti egressa est dulcedo. Iudic. 14. 2. Ionathae filiae Saul statim ut gustauit cibum mellis, aperti sunt oculi. 1. Reg. 14. 17.

Qui à Saul iudicatur occidendus, populus verò fatetur eum fecisse salutem in Israël. 1. Reg. 14.

43. 44. 45.

3. Ioseph manifestat se fratribus suis cum magno illorum timore, & gaudio, quos clementer excepit. Genes. 45. 3. 4. 5. *Et dixit fratribus suis: ego sum Ioseph: adhuc pater meus vivit? Non poterant respondere fraires nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè: ego sum, ait, Ioseph, frater vester quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pavere neq; vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum.*

PROPHETIAE. Iob. 4. 4. *Vacillantes confirmaverunt sermones tui, & genua tremantia confortasti.* Ezech. 34. 5. 6. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. *ut fol. 171.*

VERITAS. Luc. 24. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. *Dum autem hac loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis, pax vobis: Ego sum, nolite timere. Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus pra gaudio, dixit: Habetis hic aliquid*
It s quod

quod manducetis? At illi obtulerunt ei pariem pas-
 scis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset con-
 ram eis, sumens reliquias, dedit eis, & dixit ad eos:
 Hac sunt verba qua locutus sum ad vos, cum adhuc
 essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia,
 qua scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psal-
 mis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent
 scripturas, & dixit eis: quoniam sic scriptum est, &
 sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis
 tertia die: & predicari in nomine eius penitentiam
 & remissionem omnium peccatorum in omnes gentes
 incipientibus ad Ierosolyma. Vos autem testes estis hi-
 rum. Et ecce ego mitto promissum Patris mei in vos,
 vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini
 virtute ex alto. Ioan. 20. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Cum
 ergo sero esset die illo, una sabbatorum, & fores essent
 clausae, ubi erant discipuli congregati propter me-
 sum Iudaorum. Venit Iesus. & stetit in medio, &
 dixit eis, pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis
 manus, & latus. Gausi sunt ergo discipuli, viso Domi-
 no. Dixit ergo eis iterum: pax vobis. Sicut misit me Pa-
 ter, & ego mitto vos. Hac cum dixisset, insufflauit, &
 dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, quorum re-
 miseritis peccata, remittantur eis, & quorum reti-
 nueritis, retenta sunt. Thomas autem unus ex
 duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis
 quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipu-
 li: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Ni-
 si videro in manibus eius fixuram clauorum, & mit-
 tam digitum meum in locum clauorum, & mittam
 manum meam in locum clauorum.

manum meam in latus eius, non credam.

CAPVT XI.

Sexta apparitio octauo die Pasche ob Thomam facta.

PROPHETIAE. Psalm. 76. 2. *Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.* Psalm. 36. 24. *Cum ceciderit non colidetur: quia Dominus supponit manum suam.* Isai. 57. 18, 19, 20, 21. *Vias eius vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & laudentibus eius. Creauit fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, & qui prope, dixit Dominus, & sanaui eum. Impy autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculationem & lutum. Non est pax impys, dicit Dominus Deus.*

VERITAS. Ioan. 20. 26. 27. 28. 29. *Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit pax vobis. Deinde dicit Thoma: infer diguum tuum huc, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dixit ei Iesus: quia vidisti me Thoma, credidisti; beati qui non viderunt, & crediderunt.*

CAPVT XII.

Septima apparitio ad mare Tyberiadis

EZech. 47. 1. 2. *Et conuerti me ad portam damus, & ecce aqua egrediebantur subter limen domus*

mus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Orientem: aquae autem descendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris. Et eduxit me per viam portae Aquilonis, & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quae respiciat ad Orientem, & ecce aquae redundantes à latere dextro. Vers. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Et dixit ad me: certe vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumq; me conuertissem, ecce in ripa torrentis multa nimis ex utraq; parte. Et ait ad me: Aquae istae quae egrediuntur ad tumulus sabuli Orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exhibunt, & sanabuntur aqua. Et omnis anima viuens, quae serpit, quocunq; venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aqua ista, & sanabuntur, & viuunt omnia, ad quae venerit torrens. Et stabunt super istas piscatores, ab Engaddi usq; ad Engallim siccatio sagenarum erit: plurimae species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimis: in interioribus autem eius, & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrentem iur in ripis eius ex utraq; parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitias, quae aqua eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Templum est Christus, ex cuius latere fluxit aqua. Iona. 19. 34.

PROPHETIA. Ierem. 16. 16. Ecce ego

Mittam piscatores multos dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post hac mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de caavernis petrarum.

VERITAS. Ioan. 21. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Postea manifestauit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erat à Cana Galilæe & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vadopiscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto, stetit Iesus in litorè: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dixit ergo eis Iesus: Pueri nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt: (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus asferete de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram, ple-

num magnis piscibus centum quinquaginta tribus.
 Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit ei
 Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium
 interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est.
 Et venit Iesus, & accepit panem, & dedit eis, & piscem
 similiter. Hoc iam tertio manifestatum est Iesus discipulis
 suis cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent,
 dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his?
 Dicit ei etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: pasce
 agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me?
 At illi, etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei: pasce
 agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me?
 Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me,
 & dixit ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te.
 Dixit ei, pasce oves meas. Amen, Amen dico tibi: cum
 esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas:
 Cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget,
 & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans
 qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc
 dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus
 vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, & sequentem,
 qui & recubuit in cœna super pedem eius, & dixit:
 Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum
 vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine bis autem quid?
 Dicit ei Iesus: Sic cum volo manere donec veniam,
 quid ad te? tu me sequere.

* * *

CAPVT

ET ASCENS. CHRISTI. 511
CAPVT XIII.

Octauo apparet Iacobo, & postmodum D. Paulo.

VERITAS. 1. Cor. 15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium,
quod predicavi vobis, quod & accepistis, in quo &
statis, per quod & saluamini: qua ratione predica-
uerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tra-
didit enim vobis in primis quod & accepi: quoniam
Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum
Scripturas: & quia sepultus est, & quia resurre-
xit tertia die secundum scripturas: & quia visus
est Cepha, & post hoc undecim. Deinde visus
est plus quam quingentis fratribus simul: ex
quibus multi manent usque adhuc, quidam autem
dormierunt. Deinde visus est Iacobo, deinde
Apostolis omnibus: Nouissime autem omnium
tanquam abortiuo visus est & mihi. Ego enim
minimus sum Apostolorum qui non sum dignus vo-
sari Apostolus, quoniam persecutus sum Eccle-
siam Dei.

CAPVT XIV.

Nona apparitio facta recumbentibus undecim Apostolis.

VERITAS. Marc. 16. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
20. Nouissime recumbentibus illis undecim
apparuit: & exprobrante incredulitatem eorum,
& duritiam cordis: quia ipsi qui viderant eum
resurrexisse: non crediderunt. Et dixit eis:
Euntes in mundum uniuersum predicate Euan-
gelium

gelium

gelium omni creatura. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hac sequentur: in nomine meo demonia eijcent: linguæ loquentur novis: serpentes tollent: & scorpionum quid viderint, non eis nocebit: super agros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet à dextris Dei. Illi autem perfecti prædicauerunt ubiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

CAPVT XV.

De vltima apparitione facta in monte, & ipsa ASCENSIONE CHRISTI ad celos, & primo in FIGURIS.

FIGURAE. I. Abelis iusti sanguis ascendit & clamat in caelum. Genes. 4. 10. Dixit q; ad eum: quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

2. Henoch iustus assumitur à Domino. Genes. 5. 24. Ambulauit q; cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Eccles. 44. 16. Henoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus pœnitentiam.

3. Iacob egreditur de terra peregrinationis cum duabus turmis, cui occurrunt castra Dei. Gen. 32. 1. 2. Iacob quoq; abiit itinere quo ceperat fuerunt q; ei obviam Angeli Dei. Quos cœns vidisset, ait: castra Dei sunt hæc; & appellavit nomen illius.

ei illius Mahanaim, id est castra. Vers. 10. Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Jordanem istum: & nunc cum duabus turmis reogredior.

4. Iuda catulus leonis ascendit ad prædam. Genes. 49. 9. Catulus leonis Iuda: ad prædam filii mi ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum?

5. Ioseph triumphas ascendit currum Pharaonis, & circumducitur. Gen. 41. 40. 41. 42. 43. 44. 45. Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te precedam. Dixit quoque, rursus Pharaon ad Ioseph: Ecce constituui te super uniuersam terram Aegypti. Tulit quoque, annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuit quoque, eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecit quoque, eum ascendere super currum suum secundum, clamante pracone, ut omnes coram eo genu flecterent, & propositum esse scirent uniuersa terra Aegypti: Dixit quoque, rex ad Ioseph: ego sum Pharaon: absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertit quoque, nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Dedit quoque, illi uxorem Aseneth filiam Putipharis Sacerdotis Helioleos. Egressus est itaque, Ioseph ad terram Aegypti.

6. Gabaonitæ rogant Iosue ut citò ascendat & liberet eos. Ios. 10. 6. Habitatores autem Gabaon

Kk

Gabaon

Gabaon urbis obsessa miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruatorum nostrorum: ascende cito, & libera nos, ferq; praesidium: Conuenerunt enim aduersum nos omnes reges amor-rhaeorum, qui habitant in montanis.

7. Aaron cum sanguine alieno ingreditur sancta sanctorum. Exod. 30. 10. Et deprecabuntur Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabitur super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino. Leu. 16. 2. 3. Et precepit ei, dicens: loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, ut non moriatur, (quia in nube apparebo super oraculum) nisi hac ante fecerit: Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. Vers. 15. 16. 17. Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut preceptum est de sanguine vituli, ut aspergat a regione oraculi, & expiet Sanctuarium ab immunditijs filiorum Israël, & a preuaricationibus eorum, cum-ctisq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonij, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. &c. De Christo verò, qui proprio sanguine introiuit, dicitur. Hebr. 9. 11. 12. 13. 14. Christus autem & perfectius tabernaculum non manufactum.

ET ASCENSION. CHRISTI. 515

est. non huius creationis; neq; per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta aeterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitula aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti?

8. Vt surgit, aut erigitur arca testamenti, dissipantur inimici Domini. Numer. 10. 33. 34. 35. 36. Profecti sunt ergo de Monte Domini viam trium dierum, arcaq; foederis Domini precedebat eos, per dies tres prouidens castrorum locum. Nubes quoq; Domini super eos erat per diem cum incederent. Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum autem deponeretur, atebat: reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israël.

9. Samson portas Gazæ tollit, & infert in montem. Iudic. 16. 1. 2. 3. Abijt quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingressusq; est ad eam. Quod cum audisset Philistum, & percebuisset apud eos, intrasse vrbem Samson, circumdederunt eum, positus in portaciuatatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio prastolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem Samson vsq; ad medium noctis:

Kk 2

& inde

Et inde consurgens apprehendit ambas portas foras
cum postibus suis, & sera, impositasq; humeris suis
portauit ad verticem montis qui respicit Hebron.
Christus Adamum & Euam portas nostras per
quas vitam, & peccatum accepimus ducit ad cæ-
lum. Plura superiùs cap. 2.

10. David omnia iam reducit quæcunque
rapuerunt Amalechitæ, & mittit dona de præda
socijs, & senioribus. 1. Reg. 30. 18. 19. 20. 21. 22.
23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. Erunt ergo Da-
uid omnia, quæ tulerant Amalechitæ, & auas ux-
res suas erunt. Nec defuit quisquam à paruo vsq; ad
magnum, tam de filijs, quam de filiabus, & de spo-
lijs, & quæcunque rapuerant, reduxit David. Et tu-
lit vniuersos greges & armenta, & minauit ante fa-
ciem suam: dixeruntq; hæc est præda David. Venit
autem David ad ducentos viros, qui lassè subsite-
rant, nec sequi potuerant David, & residere eos iussit
in torrente Besor: qui egressi sunt obviam Da-
uid, & populo qui erat cum eo. Accedens autem
David ad populum, salutauit eos pacificè. Respon-
densq; omnis vir pessimus, & iniquus de viris, qui re-
rant cum David, dixit: quia non venerunt nobis
cum, non dabimus eis quicquam de præda, quam e-
ruimus: sed sufficiat unicuiq; uxor sua & filij: quæ
cum receperint, recedant. Dixit autem David:
Non sic facietis fratres mei de his, quæ tradidit no-
bis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latroni-
bus, qui eruperant aduersum nos, in manus nostras:
nec audiet vos quisquam super sermone hoc: equi-
ent

anim pars erit descendens ad praelium, & remanens ad sarcinas, & similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & praestitutum, & quasi lex in Israël usque in diem hanc. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de praeda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de praeda hostium Domini: His, qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Iether, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo, & qui in Raenal, & qui in urbibus Ierameel, & qui in urbibus Ceni, & qui in Arama, & qui in lacu Asan, & qui in Athach, & qui in Hebron, & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat David ipse, & viri eius.

II. Arca testamenti introducitur in templum Salomonis cum maxima festiuitate. 3. Reg. 8. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israël cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israël ad regem Salomonem in Ierusalem: ut deferrent arcam fœderis Domini, de ciuitate David, id est, de Sion. Conuenitque ad regem Salomonem uniuersus Israël in mense Eithanim, in solemnibus die: ipse est mensis septimus. Venieruntque cuncti senes de Israël, & tulerunt arcam sacerdotum, & portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarij, quae erant in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & leuitae. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israël, quae conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oves & boues absque

estimatione & numero. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum subter alas Cherubim. Vers. 10. 11. In arca autem non erat aliud nisi due tabula lapidea, quas posuerat in eadem Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filijs Israël, cum egredierentur de terra Ægypti. Factum est autem cum exissent sacerdotes de Sanctuario, nebula impleuit domum Domini, & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam; implenerat enim gloria Domini domum Domini.

12. Elias quadraginta dierum spacio ascendit in montem Dei Horeb. Idem iubetur stare in monte coram Domino. Idem cum primo diuiso Iordane, transisset eum, ascendit per turbine in cælum. De primo, 3. Reg. 19. 6. 7. 8. Respexit & ecce ad caput suum submersicus panis, & vas aquæ: Comedit ergo, & bibit, & rursus dormiuit. Reuersusq; est angelus Domini secundo, & tetigit eum, dixitq; illi: Surge, comede: gradium tibi restat via. Qui cum surrexisset, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usq; ad montem Dei Horeb. De secundo ibid. Vers. 11. Et ait ei: Egredere, & sta in monte coram Domino: & ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio: non in commotione Dominus. De tertio. 4. Reg. 2. 8. 9. 10. 11.

12. 13. 14. Tulitq; Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas quae diuisae sunt in utrâq; partem, & transferunt ambo per siccum. Cumq; transissent, Elias dixit ad Eliseum: postula quod vis ut faciam tibi antequam tollar à te. Dixit Eliseus: obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit: rem difficilem postulasti: attamen si uideris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non uideris, non erit. Cumq; pergerent, & incedentes sermocinantur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt utrumq;: & ascendit Elias per turbinem in caelum, Eliseus autem uidebat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Et non uidit eum amplius: apprehenditq; uerba sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliae, quod ceciderat ei: reuersusq; stetit super ripam Iordanis, & pallio Eliae, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisae, & dixit: Vbi est Deus Eliae etiam nunc? percussitq; aquas, & diuisae sunt huc, atq; illuc, & transit Eliseus.

13. Eliseus ascendens montem maledicit illis Iudaeis, ut cap. 2. memb. 4. diximus. Christus Iudaeis, à quibus aufert Apostolos, & deuorantur à bestiis.

14. Mardocheus sella & equo regis uelitur. Esther. 6. 8. 9. ut supra cap. 2. membr. 5. diximus. Christus Dominus propria uirtute, non Aman; sed Angelis con-
ducentibus.

* * *

Kk *

CAPVT

320 LIBER VI. DE RESURRECT.
CAPVT XVI.

Ascensionis Dominice prophetie.

DEut. 33. 26. 27. 28. 29. Non est Deus
alius ut Deus rectissimi; ascensor celi auxilia-
tor tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes,
habitaculum eius sursum, & subter brachia sempi-
terna: eiciet à facie tua inimicum, dicens con-
tere. Habitabit Israël confidenter, & solus. Ocu-
lus Iacob in terra frumenti & vini, calig. caligabunt
rore. Beatus es tu Israël: quis similis tui popule qui
saluaris in Domino? Scutum auxilij tui, & gladiu
gloria tua: negabunt te inimici tui, & tu eorum
colla calcabis. Psalm. 3. 3. 4. Multi dicunt ani-
ma mea. Non est ipsi salus in Deo eius. Tu autem
Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans
caput meum. Psalm. 8. 2. 3. 4. Domine Dominus
noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa
terra? Quoniam eleuata est magnificentia tua su-
per celos. Ex ore infantium & lactentium perfe-
cisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimi-
cum & ultorem. Quoniam videbo celos tuos, opera
digitorum tuorum; lunam & stellas qua tu fundas-
ti. Psalm. 10. 5. Dominus in templo sancto suo,
Dominus in celo sedes eius. Psalm. 17. 10. 11. 12.
13. Inclinauit celos, & descendit; & caligo sub pedi-
bus eius. Et ascendit super Cherubim, & volauit:
volauit super pennas ventorum. Et posuit tenebras
latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius:
tenebrosa aqua in nubibus aëris. Pra fulgore in con-
spectu

spectu eius nubes transferunt, grando, & carbones
 ignis. Similia. 2. Reg. 22. 10. 11. Inclinauit calos, &
 descendit: & caligo sub pedibus eius. Et ascendit
 super Cherubim, & volauit, & lapsus est super pen-
 nas venti. Psalm. 18. 6. 7. In sole posuit taberna-
 culum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de
 thalamo suo: Exultauit ut gigas ad currendam
 viam, à summo calo egressio eius. Et occursum
 eius vsq; ad summum eius: nec est qui se abo-
 scndat à calore eius. Psalm. 20. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
 9. Domine in virtute tua latabitur rex: & super
 salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium
 cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius
 non fraudasti eum. Quoniam prauenisti eum in be-
 nedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coro-
 nam de lapide pretioso. Vitam petijt à te: & tri-
 buisti ei longitudinem dierum in saeculum, & in saeculo
 saeculi. Magna est gloria eius in saluari tuo:
 gloriam & magnum decorem impones super eum.
 Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum se-
 culi: latificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quo-
 niam rex sperat in Domino, & in misericordia Al-
 tissimi non commouebitur. Inueniatur manus tua
 omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes
 qui te oderunt. Vers. 14. Exaltare Domine in vir-
 tute tua: Cantabimus & psallemus virtutes tuas.
 Psalm. 23. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Quis ascendet in
 montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
 Innocens manibus, & mundo corde, qui non acce-
 pit in vano animam suam, nec iurauit in dolo pro-
 xime

ximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino,
 & misericordiam à Deo salutari suo. Hec est ge-
 neratio quarentium eum, quarentium faciem Dei
 Iacob. Attollite portas principes vestras, & eleua-
 mini porta aeternales: & introibit rex gloria. Quis
 est iste rex gloria? Dominus fortis & potens: Do-
 minus potens in praelio. Attollite portas principes
 vestras, & eleuamini porta aeternales: & introibit
 rex gloria. Quis est iste rex gloria? Dominus vir-
 tutum ipse est rex gloria. Psalm. 56. 11. 12. Quo-
 niam magnificata est usq; ad calos misericordia tua,
 & usq; ad nubes veritas tua. Exaltare super calos
 Deus: & super omnem terram gloria tua. Psalm.
 67. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Exurgat Deus, & dissipen-
 tur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à fa-
 cie eius. Sicut deficiit fumus, deficiant: sicut fluit
 cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie
 Dei. Et insti epulentur, & exultent in conspectu
 Dei: & delectentur in letitia. Cantate Deo, psal-
 mum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascen-
 dit super occasum: Dominus nomen illi. Exultate
 in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, pa-
 tris orphanorum, & iudicis viduarum. Deus in lo-
 co sancto suo: Deus qui inhabitare facit uniuersis
 in domo. Qui educit vincetos in fortitudine, si-
 militer eos, qui exasperant, qui habitant in sepul-
 chris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui,
 cum pertransires in deserto: terra mota est, etenim
 cali distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei
 Israël. Vers. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Mons
 Dei

Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pin-
 guis: ut quid suspicamini montes coagulatos?
 Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in
 eo: etenim Dominus habitabit in finem. Cur-
 rus Dei decem millibus multiplex, millia letantium:
 Dominus in eis in Sina in Sancto. Ascendisti
 in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in
 hominibus: etenim non credentes, inhabitare Do-
 minum Deum. Benedictus Dominus die quoti-
 die: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium
 nostrorum, Deus noster, Deus saluos faciendi:
 & Domini Domini exitus mortis. Veruntamen
 Deus confringet capita inimicorum suorum: ver-
 ticem capilli perambulantium in delictis suis. Vers.
 25. 26. Viderunt ingressus tuos Deus, ingres-
 sus Dei mei: regis mei qui est in sancto. Prae-
 uenerant principes conuulsi psallentibus in mee-
 dia iuencularum tympanistriarum. Psalm. 96.
 8. 9. 10. 11. 12. Audiuit, & letata est Sion. Et
 exultauerunt filia Iuda propter iudicia tua Domi-
 ne: Quoniam tu Dominus altissimus super om-
 nem terram: nimis exaltatus es super omnes
 Deos. Qui diligitis Dominum, odite malum:
 Custodit Dominus animas sanctorum suorum,
 de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est
 iusto, & rectis corde letitia. Latamini iusti in
 Domino: & confitemini memoria sanctificationis
 eius. Psalm. 98. 1. 2. 3. 4. 5. Dominus regnauit, iras-
 cantur populi: qui sedet super Cherubim, moueatur
 terra, Dominus in Sion magnus: & excelsus super
 omnes

omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorete scabellum pedum eius: quoniam sanctum est. Vers 9. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorete in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster. Psalm. 102. 19. 20. 21. 22. Dominus in celo paravit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius qui faciunt voluntatem eius. Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino. Psalm. 103. 1. 2. 3. 4. Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem, & decorem induisti: amictus lumine sicut vestimento: Extendens caelum sicut pellem: quingis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensurum: qui ambulat super pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignemurentem. Psalm. 107. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum; cantabo, & psallam in gloria mea. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus. Quia magna est super caelos misericordia tua: & usque ad nubes veritas tua. Exaltate super caelos

calos Deus, & super omnem terram gloria tua: ut
 liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua, &
 exaudi me. Psalm. 112. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Laudate
 pueri Dominum: laudate nomen Domini. Sit nos
 men Domini benedictum, ex hoc nunc & usq; in se-
 culum. A solis ortu usq; ad occasum, laudabile no-
 men Domini. Exelsus super omnes gentes Domi-
 nus, & super calos gloria eius. Quis sicut Dominus
 Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit
 in celo & in terra? Psalm. 138. 8. 9. 10. 11. 12. Si a-
 scendero in calum tu illic es: si descendero in infer-
 num, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & ha-
 bita uero in extremis maris: etenim illuc manus tua
 deducet me: & tenebit me dextera tua. Et dixi:
 forsitan tenebra conculcabunt me, & nox illumina-
 tio mea in delicijs meis. Quia tenebra non obscura-
 buntur a te, & nox sicut dies illuminabitur: Sicut
 tenebra eius, ita & lumen eius. Fecit idem Chri-
 stus Dominus per sanguinem suum ascensum
 purpureum. Cant. 3. 10. Columnas eius fecit ar-
 genteas, reclinatorium aureum, ascensum purpu-
 reum: media charitate constrauit propter filias le-
 rusalem. Isai. 4. 2. In die illa erit germen Domini
 in magnificentia, & gloria, & fructus terra sublimis,
 & exultatio his, qui saluati fuerint de Israël. Ibid.
 cap. 9. 3. 4. 5. Multiplicasti gentem, & non ma-
 gnificasti letitiam. Latabuntur coram te, sicut qui
 letantur in messe, sicut exultant victores capta prae-
 da, quando diuidunt spolia. Iugum enim oneris eius,
 & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius
 superasti,

*superasti, sicut in die Madian. Quia omnis violenta
 pradio cum tumultu, & vestimentum mixtum
 sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis. Allu-
 dit ad Iudicum cap. 7. Vers. 22. Et nihilominus
 insitebant trecenti viri buccinis personantes. Immo
 sitq; Dominus gladium in omnibus castris, & muria
 se cade truncabant. Cap. 19. 1. Onus Egypti. Ecce
 Dominus ascendet super nubem leuem, & ingre-
 dietur Egyptum, & commovebuntur simulachra
 Egypti a facie eius, & cor Egypti tabescet in me-
 dio. Mittit Dominus postea qui confringat idola
 Aegypti, Apostolos. Cap. 63. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
 9. *Quis est iste qui venit de Edom, tinctus vestibus
 de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in mul-
 titudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iustitiam, &
 propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum
 est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut cal-
 cantium in torculari? Torcular calcavi solus, & de
 gentibus non est vir mecum: Calcavi eos in furore
 meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est
 sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia in-
 dumenta mea inquinasti. Dies enim ultionis in cor-
 de meo annus redemptionis mee venit. Circumspexi
 & non erat auxiliator: quesiui, & non fuit qui adiu-
 uaret: & saluauit mihi brachium meum, & indigna-
 tio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui po-
 pulos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione
 mea, & detraxi in terram virtutem eorum. Mi-
 serationum Domini recordabor, laudem Domini sui-
 per omnibus, qua reddidit nobis Dominus, & su-
 per**

per multitudinem bonorum domui Israël, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem miserationum suarum. Et dixit: veruntamen populus meus est, filij non negantes, & factus est eis saluator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos, in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. Ezech. 11. 2. 3. Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitq; super montem, qui est ad Orientem urbis. Daniel. 7. 13. 14. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cali, quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & lingua ipsi seruiunt: potestas eius, potestas aterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. Osee. 5. 15. Vādens reuertar ad locum meum, donec deficiatis & queratis faciem meam. Quis locus ille sit sequens propheta docet. Amos. 9. 6. 7. Qui aedificat in calo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terre, Dominus nomen eius: Nunquid non ut filij Æthiopum vos estis mihi, filij Israël, aut Dominus? Nunquid non Israël ascendere feci de terra Ægypti: & Palæstinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Quas aquas effudit in die Pentecostes. Act. 2. 21. Et ascen-

Et ascen-

Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau : & erit Domino regnum. Mich. 2. 12. 13. Congregatione congregabo Iacob totum te : in unum conducam reliquias Israëli, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos : diuident & transibunt portam, & ingredientur per eam : & transibit rex eorum coram eis : & Dominus in capite eorum. Habac. 3. 11. Sol. (Christus) & luna (B. Virgo) steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

CAPVT XVII.

Ascensionis Dominicæ in nouo testamento Veritas.

M Atth. 28 16. 17. 18. 19. 20. *Vndecim autem discipuli abierunt in Galileam in montem ubi constituerat illis Iesus, & videntes eum adorauerunt : quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens : Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes : baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti : docētes eos seruare omnia quaecumq; mandaui vobis : & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi. Marc. 16. 19. 20. vt supra cap. 14. Luc. 24. 50. 51. 52. 53. Eduxit autem eos foras in Bethaniam : & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in calum.*

Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno; & erant semper in templo, laudantes, & benedicentes Deum: Amen. Ioan. 3. 13. Et nemo ascendit in calum, nisi qui descendit de calo, Filius hominis, qui est in calo. Ibidem cap. 6. 62. Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Cap. 12. 31. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Cap. 20. 17. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. Act. 1. 9. 10. 11. Et cum hac dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in calum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilai quid statis aspicientes in calum? hic Iesus, qui assumptus est a vobis in calum, sic veniat quemadmodum vidistis eum euntem in calum, Ibidem cap. 2. 32. 33. 34. 35. 36. Hunc Iesum resuscitavit Deus, cuius omnes nos testes sumus. Dexteram igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre effudit hunc quem vos vidistis, & audistis. Non enim David ascendit in calum: dixit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum

I I

fecit

fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Cap. 3. 20. 21. *Ut cum venerint tempora refrigerij a conspectu Domini, & miserit eum, qui predicatus est vobis, Iesum Christum, quem oportet quidem celum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, qua locutus est Deus per os sanctorum suorum a seculo prophetarum. Rom. 10. 6. Quae autem ex fide est sustinuit, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in celum? id est, Christum deducere. 1. Corinth. 15. 8. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. Ephes. 4. 8. 9. 10. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit, primum in inferiores partes terra? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos, ut impleat omnia. Hebr. 4. 14. Habentes ergo pontificem magnum qui penetravit caelos, Iesum Filium Dei: teneamus spei nostrae confessionem. Ibidem cap. 7. 26. 27. 28. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis factus: qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdores, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Lex enim constituit homines sacerdotes, infirmitatem habentes: sermo autem iurandi, qui post legem est, Filium in aeternum perfectum. Cap. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. ut supra capite 15. membr. 7. & Vers. 24. 25. 26. 27. 28. Non enim*

in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria ve-
 rorum: sed in ipsum calum, ut appareat nunc volo-
 cui Dei pro nobis. Neq; ut saepe offerat semetipsum,
 quemadmodum Pontifex intrat in sancta per sin-
 gulos annos in sanguine alieno: alioquin oportebat
 eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem
 semel in consummatione saeculorum, ad destinationem
 peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmo-
 dum statutum est hominibus semel mori, post hoc au-
 tem iudicium, sic & Christus semel oblatu est ad
 multorum exhaurienda peccata: secundo sine pecca-
 to apparebit expectantibus se in salutem. Possunt hic
 Christiani Christum ascendentem alloqui. Ex
 Cant. 1. 2. Oleum effusum nomen eius, ideo adolesce-
 ntia dilexerunt te. Trahe me post te, curremus in odo-
 re unguentorum tuorum. Et B. Virginem ex Cant.
 5. 17. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulier u?
 quo declinavit dilectus tuus, & quaremus eum tecum?
 Matri etiam apparuisse, verisimile magis & pie
 credendum.

CAPVT XVIII.

Manifestatio Christi quomodo manifestationi Io-
 seph respondeat.

PRIMO. Multoties uterq; cognoscitur, alter
 a discipulis, alter a fratribus.
 2. Prius uterq; suos cognoscit antequam a suis
 cognoscatur. Gen. 42. 7. 8. Et cum agnouisset eos,
 quasi ad alienos duris loquebatur, interrogas eos un-
 de venistis? Qui responderunt: de terra Chanaan, ve-
 nimus victui necessaria. Et tamen fratres ipse co-
 gnoscens, non est cognitus ab eis. Luc. 24. 15.
 Ll 2 Et fa-

Et factum est, dum fabularentur, & secum quæ-
rerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: u-
culi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.

3. Uterq; peregrinus in aliena terra. Iob.
19. 15. Inquilini domus mea, & ancilla mee sicut
alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in
oculis eorum. Luc. 24. 18. Et respondens unus cui
nomin Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in
Ierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa
his diebus?

4. Uterq; antequam oculis suorum ape-
rarentur, suos exercet, probat, corrigit. Genes.
42. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Iam nunc (inquit Ioseph)
experimentum vestri capiam, per salutem Pharao-
nis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester
minimum. Mittite ex vobis unum, & adducat eum:
vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ di-
xistis utrum vera an falsa sint: alioquin per salu-
tem Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo il-
los custodiae tribus diebus. Die autem tertia ductis
de carcere, ait. Facite quæ dixi, & viuetis: Deum
enim timeo. Si pacifici estis, frater vester unus lige-
tur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta
quæ emistis, in domus vestras, & fratrem vestrum
minimum ad me adducite, ut possim vestros probare
sermões, & non moriamini. Vers. 24. 25. Averi-
titq; se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est
ad eos. Tollensq; Simeon, & ligans illis presentibus,
iussit ministris ut implerent eorum saccos tritico, &
reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis
supra

suprà cibarijs in viam : qui fecerunt ita, Vers. 33.
 34. Qui ait nobis : Sic probabo quod pacifici scitis :
 Fratrem vestrum unum dimittite apud me, & siba-
 ria domibus vestris necessaria sumite, & abite, fra-
 tremq; vestrum minimum adducite ad me, & sciam
 quod non sitis exploratores : & istum, qui tenetur
 in vinculis recipere possitis : ac deinceps qua vultis,
 emendi habeatis licentiam, Marc. 16. 14. Nouis-
 simè recumbentibus illis undecim apparuit, & ex-
 probravit incredulitatem eorum, & duritiam cor-
 dis; quia is, qui viderant eum resurrexisse non cre-
 diderunt. Luc. 24. 25. 26. Et ipse dixit ad eos: ô
 stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, qua
 locuti sunt propheta! Nonne hac oportuit pati
 Christum, & ita intrare in gloriam suam?

5. Neutra manifestatio est facta sine ali-
 qua specie simulationis præmissa : Fratres enim
 Ioseph à fera pessima fratrem deuoratum signifi-
 cant, & imponunt alienum sanguinem vesti pro
 fratris sui sanguine. Genes. 37. 31. 32. 33. 34. Tu-
 lerunt autem tunicam eius, & in sanguine hœdi,
 quem occiderant, tinxerunt : mittentes qui ferrent
 ad patrem, & dicerent : Hanc inuenimus : vide vo-
 trum tunica filij tui sit, an non. Quam cum agnouis-
 set pater, ait : Tunica filij mei est, fera pessima co-
 medit eum, bestia deuorauit Ioseph, &c. Discipuli,
 & maximè Petrus nunc aliud de Christo confi-
 tentur quàm Matth. 16. 21. 22. 23. Exinde cœpit
 Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire
 Ierosolymam & multa pati à senioribus, & scribis,

Et principibus sacerdotum, Et occidi, Et tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Absit a te Domine: non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit Petro: vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quae Dei sunt, sed ea quae hominum.

6. In vtraq; manifestatione; de vtroq; sensus ad tempus amittitur vt gaudium sit postea maius: illi dicunt Iosephum fratrem vterinum mortuum: discipuli sperabant quod esset redempturus Israel. Gen. 44. 19. 20. Interrogasti prius seruos tuos: Habetis patrem aut fratrem? Et nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, Et puer paruulus, qui in senectute illius natus est; cuius vterinus frater mortuus est: Et ipsum solum habet mater sua, pater vero tenerè diligit eum. Luc. 24. 21. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: Et nunc super hac omnia, tertia dies est hodie quòd hac facta sunt.

7. Vterq; cognitus in fractione panis, Ioseph statim post conuiuium, Christus in fractione panis. Gen. 45. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Non se poterat ultra cohibere Ioseph multis coram astantibus: unde praecepit vt egrederentur cuncti foras, Et nullus inter- esset alienus agnitioni mutua. Eleuauit q; vocem cum fletu, quam audierunt Aegyptij, omnisq; domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis; Ego sum Ioseph, ad huc pater meus viuit? Non poterant respondere frater nimio terrore perterriti. Ad quos ille clemens: Accedite, inquit, ad me. Et cum access-

fissent propè: ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. Nolite pauere, neq; vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. Biennium est enim quod cœpit fames esse in terra: & adhuc quinq; anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti: pramisi q; me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendū habere possitis. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti. Luc. 24. 30. 31. 32. 33. 34. 35. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi earum, & cognouerunt eum: & ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant, dicentes: Quod surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

8. Vtriusq; cognitio in amorem, dilectionem & incredibile quandam lætitiā definit. Gen. 45. 16. 17. 18. 19. 20. Auditūq; est, & celebri sermone vulgatu in aula regis: venerunt fratres Ioseph, & gausus est Pharaon, atq; omnis familia eius. Dixitq; ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumentis, ue in terrā Chanaā, & tollite inde patrem vestrū,

Ll 4

& cognos-

& cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis
 omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam terra.
 Praecepit etiam ut tollant plaustra de terra Aegypti,
 ad subuersionem paruulorum suorum ac coniugum:
 & dicit: Tollite patrem vestrum, & properate
 quantocius venientes. Nec dimittatis quidquam de
 suppellectili vestra: quia omnes opes Aegypti vestrae
 erunt. Luc. 24. 32. Et dixerunt ad inuicem: Non
 ne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur
 in via, & aperiret nobis scripturas? Verf. 41. Ad
 huc autem illis non credentibus, & mirantibus pra
 gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod mandu
 cetur? Ioan. 20. 20. Et cum hoc dixisset ostendit
 eis manus, & latus. Gaudisi sunt ergo discipuli, viso
 Domino. Ibid. cap. 21. 15. 16. 17. Cum ergo pran
 disset, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis di
 ligis me plus his? Dicit ei: etiam Domine, tu scis
 quia amo te. Dicit ei: pasce agnos meos. Dicit ei
 iterum: Simon Ioannis diligis me? Ait ille: etiam
 Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: pasce agnos
 meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me?
 Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio; amas
 me, & dixit ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia
 amo te. Dixit ei: pasce oues oues meas.

9. Plenam pacem vterq; offert. Genes. 45.
 3. 4. 5. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph:
 adhuc pater meus vixit. Non poterant respondere
 fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille cle
 menter: Accedite, inquit, ad me. Et cum acces
 sissent propè ego sum ait, Ioseph frater vester, quem
 vendi-

vendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, neq³ vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Luc. 24. 36. 37. 38. 39. 40. Dum autem haec loquuntur stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati verò, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

10. Excusat vterq; suos. Genes. 45. 8. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum; qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersae domus eius, ac principem in omni terra Aegypti. Ibidem cap. 50. 19. 20. 21. Quibus ille respondit nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in praesentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego pascam vos & paruulos vestros, consolatusq³ est eos, ac blandè & leniter est locutus. Luc. 23. 34. Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes.

11. Explicat vterq; suas opes apud fratres. Genes. 43. 34. Sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq³ pars venit Benjamin ita ut quinq³

Ll 5 partibus

partibus excederet. Biberuntq; & inebriati sunt cum eo. Matth. 28. 18. 19. 20. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra; euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti: docetes eos seruare omnia quaecunq; mandauit vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi. Marc. 16. 15. 16. 17. 18. Et dixit eis: euntes in mundum uniuersum predicare Euangelium omni creaturae. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint haec sequentur: In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur nouis serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super agros manus imponent, & bene habebunt. Ostendit & manus & latus. Luc. 24. 39. Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere. Ioan. 20. 20. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus, & latus. Gausi sunt ergo discipuli viso Domino. Dedit Spiritum sanctum. Ioan. 20. 21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis, sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hac cum dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum, &c.

12. Stupent fratres & discipuli ad tam mirabilem mutuam recognitionem. Genes. 45. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph: adhuc pater meus uiuit. Non poterant respondere

dere nimio terrore perterriti. Ad quos ille clemens
 ter: Accedite inquit ad me. Et cum accessissent pro-
 pe, ego sum, ait, Ioseph, frater vester, quem ven-
 didistis in Aegyptum. Nolite pauere, neq; vobis
 durum esse videatur quod vendidistis me in his re-
 gionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante
 te vos in Aegyptum. Biennium est enim, quod
 coepit fames esse in terra: & adhuc quinque anni
 restant quibus nec arari poterit nec meti. Promis-
 sitq; me Deus ut reseruemini super terram, & e-
 scas ad viuendum habere possitis. Non vestro con-
 silio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit
 me quasi patrem Pharaonis, & dominum uniuersa
 domus eius, ac principem in omni terra Aegypti.
 Festinate & ascendite ad patrem meum, & dicetis
 ei: Hac mandat filius tuus Ioseph. Deus fecit
 me dominum uniuersa terra Aegypti: descen-
 de ad me: ne moreris, & habitabis in terra Ges-
 sen. &c. Luc. 24. 37. 38. 39. 40. 41. Con-
 turbati vero, & conterriti, existimabant se spiri-
 tum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & co-
 gitationes ascendunt in corda vestra? videte manus
 meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate & videte
 quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me vi-
 detis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus
 & pedes. Adhuc autem illis non credentibus:
 & mirantibus pra gaudio dixit. Habetis hic alius
 quid, quod manducetur?

13. Vterq; conuiuatur. Genes. 43. 31. 32.
 33. 34. Rursumq; losa facie egressus continuato

se, &

se, & ait: ponite panes. Quibus apposis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Aegyptijs quoq; qui vescebantur simul, seorsum (illicitum est enim Aegyptijs comedere cum Hebraeis, & profanum putant huiusmodi conuiuium) sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta aetatem suam. Et mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq; pars venit Benjamin, ita ut quinq; partibus excederet. Biberuntq; & inebriati sunt cum eo. Luc. 24. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. Adhuc autem illis non credentibus: & mirantibus praegaudio dixit. Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & faenum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Haec sunt verba quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum; quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die: & praedicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum Patris mei in vos, vos autem sedete in ciuitate quoad vsq; induamini virtute ex alto.

14. Vterq; legationem expedit magnificam Ioseph ad patrem: Christus ad totum mundum. Genes. 45. 13. Nunciate patri meo uniuersam
sam

nam gloriam meam, & cuncta quae vidistis in Aegypto: festinate, & adducite eum ad me. Matth. 28. 19. 20. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docete eos seruare omnia quaecumq; mandauit vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi. Marc. 16. 15. 16. vt supra membr. II.

15. Vterq; magnificæ legationis dona mittit. Gen. 45. 19. 20. 21. 22. 23. 24. *Præcipe etiam vt tollant plaustra de terra Aegypti ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicitio: tollite patrem vestrum, & properate quantocius venientes. Nec dimittatis quicquam de suppellectili vestra: quia omnes opes Aegypti vestrae erunt. Feceruntq; filij Israël vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iussit binas stolas: Benjamin verò dedit trecentos argenteos cum quinq; stolis optimis: tantundem pecunia & vestium mittens patri suo, addens & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitijs Aegypti: & totidem asinas, triticum in itinere, panesq; portantes. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait: Ne irascamini in via. Christus sacerdotalem dignitatem, & suam perpetuam assistentiam, & Spiritus sancti charismata dat. Ioan. 20. 21. 22. 23. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hec cum dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum: quo-*

rum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Matth. 28. 20. Docere eos seruire omnia quaecumq; mandavi vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi. Actor. 2. 1. 2. 3. 4. Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de caelo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersita lingua tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.

16. Veram gloriæ viam ostendit uterq;: prius pati & mori, tum resurgendo triumphare & tandem ratione Christi prædicari in nomine eius indulgentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes. Porro hac ascensione Domini tolli errorem ubi quæstionum docebit caput secundum libri 7.

CAPVT XIX.

Spiritus sanctus promittitur & datur.

FIGURAE. I. Ioseph constitutus à Pharaone super totam Aegyptum, multa dona communicat suis. Gen. 41. 41. Dixitq; rursus Pharaon ad Ioseph: ecce constitui te super uniuersam terram Aegypti. Ibid. cap. 42. 25. Tollensq; Simeon, & ligans illis presentibus, iussit ministris ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibarijs in viam: qui fecerunt

runt ita. Cap. 43. 31. 32. 33. 34. Rursumq³ lota facie
 egressus, continui se, & ait: ponite panes. Quibus
 apposis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, & A-
 gyptiis quoq³ qui vescebantur simul, seorsum (illici-
 tum est enim Aegyptiis comedere cum Hebraeis, &
 profanum putant huiusmodi conuiuium) sederunt
 coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & mi-
 nimus iuxta etatem suam. Et mirabantur nimis,
 sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq² pars
 venit Benjamin, ita ut quinq³ partibus excederet.
 Biberuntq³ & inebriati sunt cum eo. Cap. 45. 21. 22.
 23. Feceruntq³ filij Israel ut eis mandatum fuerat.
 Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum Pharaonis
 imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoq³ pro-
 ferri iussit binas stolas: Benjamin vero dedit tre-
 centos argenteos cum quinq³ stolis optimis: tantum
 dem pecunia & vestium mittens patri suo, addens
 & asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitijs
 Aegypti: & totidem asinas, triticum in itinere, pa-
 nesq³ portantes.

2. Lex datur in monte Sinai. Exod. 19. 17.
 18. 19. 20. Cumq³ eduxisset eos Moyses in occursum
 Dei de loco castroru steterunt ad radices montis. To-
 tus autem mons Sinai fumabat: eo quod descendisset
 Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo
 quasi de fornace: eratq³ omnis mons terribilis. Et soni-
 tus buccina paulatim crescebat in maius, & prolixius
 redebatur: Moyses loquebatur & Deus respōdebat ei.
 Descenditq³ Dominus super montem Sinai in ipso
 montis vertice, & vocauit Moysen in cacumen eius,
 Ibidem

Ibidem cap. 31. 18. Deditq³ Dominus Moyfi, com-
pletis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas
tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei. Cap.
34. 27. 28. Dixitq³ Dominus ad Moysen: Scribe tibi
verba hac, quibus & tecū & cum Israel pepigi fœdus.
Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & qua-
draginta noctes: panem non comedit, & aquam
non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem.
Deut. 4. 11. 12. 13. 14. Et accessistis ad radices
montis qui ardebat usq³ ad caelum: erantq³ in ro-
nebra & nubes, & caligo. Locutusq³ est Dominus
ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audis-
tis, & formam penitus non vidistis. Et ostendit
vobis pactum suum, quod praecepit ut faceretis, &
decem verba quae scripsit in duabus tabulis lapideis.
Mihiq³ mandavit in illo tempore ut docerem vos
ceremonias & iudicia, quae facere deberetis in terra,
quam possessuri estis. Ibidem cap. 5. 22. Hac verba
locutus est Dominus ad omnem multitudinem ve-
stram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis,
voce magna, nihil addens amplius: & scripsit eam
duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Cap.
10. 1. 2. 3. 4. In tempore illo dixit Dominus ad me:
Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fue-
runt, & ascende ad me in montem, faciesq³ ar-
cam ligneam, & scribam in tabulis verba quae fue-
runt in his, quas ante confregisti, ponesq³ eas in
arca. Feci igitur arcam de lignis setim. Cumq³
dolaassem duas tabulas lapideas instar priorum ascen-
di in montem, habens eas in manibus. Scripsitq³ in
tabulis

tabulis iuxta id, quod prius scripserat, verba decem, que locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est: & dedit eas tibi.

3. Festum Pentecostes celebratur & annus iubilæus. Exod. 23. 16. Et solennitatem messis primitiarum operis tui, quacumq; seminaueris in agro, solennitatem quoq; in exiit anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ibidem cap. 34. 22. Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tue triticeæ, & solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Leuit. 23. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Numerabitis ergo ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, usq; ad alteram diem expletionis hebdomadae septima, id est quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis simile fermentata, quos coquetis in primitias Domini. Offeretisq; cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento unum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum Domino. Facietis & hircum pro peccato, duosq; agnos anniculos hostias pacificorum. Cumq; eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino cedent in usum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atq; sanctissimum: omne opus seruale non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris.

M

vestris.

vestris. Ibidem cap. 25. 8. 9. 10. 11. 12. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septem septem, quae simul faciunt annos quadraginta novem: & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in universa terra vestra. Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae tuae ipse enim est iubilans. Revertetur homo ad possessionem suam, & unusquisque rediet ad familiam primitivam: quia iubilans est, & quinquagesimus annus. Non seretis neque metetis sponte in agro nascitura, & primitias vindemiae non colligetis: ob sanctificationem iubilaei, sed statim oblata comedetis. Num. 28. 26. 27. 28. 29. 30. 31. Dies etiam primitivorum quando offeretis novae fruges Domino, expleti hebdomadibus, venerabilis & sancta erit: omne opus servile non facietis in ea. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, & agnos anniculos immaculatos septem; atque in sacrificiis eorum simila oleo confersa tres decimas per singulos vitulos, per arietes duos, per agnos decimam decimam, qui simul sunt agni septem, bircum quoque, qui maculatur pro expiatione: praeter holocaustum sempiternum, & liba eius immaculata offeretis omnia cum libationibus suis. Deut. 16. 9. 10. 11. 12. Septem hebdomades numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris, & celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuae, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui, & epula-
beris

beris coram Domino Deo tuo, tu, filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, & leuites qui est intra portas tuas, advena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscum: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus ut habitet nomen eius ibi: & recordaberis quoniam seruus fueris in Aegypto: custodiesq; ac facies que precepta sunt.

PROPHETIAE. Psalm. 32. 6. Verbo Domini cali firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Psalm. 67. 19. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus, &c. Psalm. 103. 30. Emutes Spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terra. Sap. 1. 7. Quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Isai. 44. 3. 4. 5. 6. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta praterfluentes aquas. Iste dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua: Domino, & in nomine Israël assimilabitur. Hec dicit Dominus rex Israël, & redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus, & ego nouissimus, & absq; me nō est Deus. Ezech. 11. 17. 18. 19. 20. 21. Propterea loquere: Hec dicit Dominus Deus: congregabo vos de populis & adunabo de terris in quibus dispersi estis, daboq; vobis humum Israël. Et ingredientur illuc & auferent omnes offensiones, cunctasq; abominaciones eius de illa.

Am 2 Et

Et dabo eis cor unum, & spiritum nouum tribuam
in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de
carne eorum, & dabo eis cor carneum: ut in prae-
ceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, fa-
ciantque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in
Deum. Quorum cor post offendicula & abomina-
tiones suas ambulat, horum viam in capite suo po-
nam, dicit Dominus Deus. Ibidem cap. 36. 24.
25. 26. 27. 28. 29. 30. Tollam quippe vos de genti-
bus, & congregabo vos de vniuersis terris, & addu-
cam vos in terram vestram. Et effundam super vos
aquam mandam, & mundabimini ab omnibus inquiu-
mentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo
vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum
ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de
carne vestra, & dabo vobis cor carneum & spiritum
meum ponam in medio vestri: & faciam ut in prae-
ceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, &
operemini. Et habitabitis in terra, quam dedi pa-
tribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero
vobis in Deum: & saluabo vos ex vniuersis inquiu-
mentis vestris: & vocabo frumentum, & multi-
plicabo illud, & non imponam vobis famem. Et
multiplicabo fructum ligni, & gemina agrum, ut non
portetis vltra opprobrium famis in gentibus. Cap.
39. 28. 29. Et scient quia ego Dominus Deus eorum,
eo quod transtulerim eos in nationes, & congregauerim
eos super terram suam, & non dereliquerim quem
quam ab eis ibi: Et non abscondam vltra faciem
meam ab eis, eo quod effuderim spiritum meum su-
per

per omnem domum Israël, ait Dominus Deus, Joel.
 2. 28. 29. 30. 31. 32. Et erit post hæc: Effundam spi-
 ritum meum super omnem carnem & prophetae vestri
 filij vestri, & filia vestra: senes vestri somnia somnia-
 bunt & iuvenes vestri visiones videbunt. Sed & su-
 per seruos meos, & ancillas in diebus illis effundam
 spiritum meum. Et dabo prodigia in celo, & in ter-
 ra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol
 conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem: an-
 tequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.
 Et erit omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus
 erit: quia in monte Sion, & in Ierusalem erit salua-
 tio, sicut dixit Dominus, & in residuis, quos Domi-
 nus vocauerit. Aggæi. 2. 5. 6. Et nunc confortare
 Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Iesu fili Iose-
 dec sacerdos magne, & confortare omnis populus
 terra, dicit Dominus exercituum: & facite (quo-
 niam ego vobiscum sum dicit Dominus exercituum)
 verbum quod pepigi vobiscum cum egredere mini de
 terra Egypti: & spiritus meus erit in medio ve-
 strum, nolite timere. Ioan. 7. 37. 38. 39. In nouis-
 simo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & cla-
 mabat dicens: Si quis sitit veniat ad me, & bibat.
 Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de
 ventre eius fluent aqua viua. Hoc autem dixit de
 Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum:
 nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus non-
 dum erat glorificatus. Ibidem cap. 14. 16. 17. 18.
 Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit
 vobis, ut maneat vobiscum in æternum. Spiritum

veritatis, quem mundus non potest accipere, quia
 non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis
 eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non
 relinquam vos orphanos veniam ad vos. Vers. 26.
 Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pa-
 ter in nomine meo, ille vos docebit omnia, & sug-
 geret vobis omnia, quaecumque dixerero vobis. Cap. 15.
 26. 27. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego
 mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a
 Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: &
 vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum
 estis. Cap. 16. 7. 8. 9. 10. 11. Sed ego veritatem di-
 co vobis: expedit vobis ut ego vadam: scens non
 abiero Paraclitus non veniet ad vos: si autem abie-
 ro, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, ar-
 guet mundum de peccato, & de iustitia, & de iu-
 dicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in
 me: de iustitia vero quia ad Patrem vado: & iam
 non videbitis me: de iudicio autem: quia prin-
 ceps huius mundi iam iudicatus est. Vers. 11. 14.
 Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit
 vos omnem veritatem; non enim loquetur a semet-
 ipso: sed quaecumque audierit, loquetur, & quae ven-
 tura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit:
 quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Act. 1.
 5. Quia Ioannes quidem baptizavit aqua, vos au-
 tem baptizabimini Spiritu sancto non post multos
 dies. Vers. 7. 8. Dixit autem eis: Non est vestrum
 nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua
 potestate: sed accipietis virtutem superni in sp-
 ritu

ritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem,
& in omni Iudaa, & Samaria, & usq; ad ultimum
terra.

VERITAS. Ioan. 20. 22. Hæc cum dixisset
insufflauit. & dixit eis. Accipite Spiritum san-
ctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:
& quorum retinueritis retenta sunt. Act. 2. 1. 2. 3. 4.
5. 6. 7. 8. Et cum complerentur dies Pentecostes,
erant omnes pariter in eodem loco; & factus est
repente de celo sonus tanquam aduenientis spiri-
tus vehementis, & repleuit totam domum ubi erant
sedentes. Et apparuerunt illis dispersa lingua
tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum: &
repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt lo-
qui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat
eloqui illis. Erant autem in Ierusalem habitan-
tes Iudæi viri religiosi ex omni natione, qua sub
celo est. Facta autem hac voce, conuenit mul-
titudo, & mente confusa est, quoniam audiebat
unusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupe-
bant autem omnes, & mirabantur dicentes:
Nōne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi
sunt, & quomodo nos audiuimus unusquisq; lin-
guam nostram in qua nati sumus? Vers. 15. 16.
17. 18. 19. 20. 21. Non enim, sicut vos estimatis, hi
ebrii sunt: cum sit hora diei tertia; sed hoc est, quod
dictum est per prophetam Ioël. Et erit in nouis-
simis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu
meo super omnem carnem, & prophetabunt filij ve-
stri, & filia vestra, & iuuenes vestri uisines
Mm 4 videbunt.

videbunt, & seniores vestri somnia somniant.
 Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas
 in diebus illis effundam de Spiritu meo, & propheta-
 bunt: & dabo prodigia in caelo sursum, & signa
 in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vapo-
 rem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in
 sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus
 & manifestus. Et erit omnis quicumq; inuocauerit
 nomen Domini, saluus erit. Vers. 32, 33. Hunc Ie-
 sum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes su-
 mus. Dextera igitur Dei exaltatus, & promissio-
 ne Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc
 quem vos videtis, & auditis. Ibidem cap. 8. 15.
 16. 17. 18. 19. Qui cum venissent, grauerunt pro
 ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum e-
 nim in quenquam illorum venerat, sed baptizati
 tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc impo-
 nebant manus super illos, & accipiebant Spiritum
 sanctum. Cum vidisset autem Simon quia per im-
 positionem manus Apostolorum daretur Spiritus
 sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: date & michi
 hanc potestatem, ut cuiuscumq; imposuero manus, ac-
 cipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad
 eum, &c. Cap. 10. 44. 45. 46. 47. Adhuc loquen-
 te Petro verba haec, cecidit Spiritus sanctus super
 omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt
 ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro,
 quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.
 Audiebant enim illos loquentes linguis, & magni-
 ficantes Deum. Tunc respondit Petrus: Nun-
 quid

quid aquam quis prohibere potest ut non baptizen-
tur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut &
nos? Cap. 15. 8. Et qui novit corda, Deus, testimo-
nium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, si-
cut & nobis. Cap. 19. 6. Et cum imposuisset illis
manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos,
& loquebantur linguis, & pro-
phetabant.

* * *



Mm s LI-

abunt.
us me at
vrophe.
signa
vapo-
una in
agnus
auerit
nc le-
tes su-
missio
hunc
8. 15.
ut pro
um e-
tizati
impos
iritum
per im
ritus
& mibi
am, ac-
dixit ad
loqueni
us super
puerum
Petro,
Fusa est.
magni
Nun-
quid